



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Tractatus tertius de humilitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093



TRACTATUS TERTIVS

De Humilitate.

CAPVT I.

De humilitatis excellentia & necessitate.

Matth. II.
29.

August. lib.
de vera reli-
gione.
Vita Christi,
propria hu-
militatis offi-
cina fuit.

Illam ergo
meditare Se-
culo.

Basil. serm. de
humilitate.

Exempla hu-
militatis Christi.

DISCITE à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. dicebat CHRISTVS Seruator noster: S. August.

ait: *Tota vita Christi inter-
ris per hominem, quem suscipere dignatus est
disciplina morum fuit, sed praeipue humili-
tatem suam proposuit, dicens: Discite à me,
quia mitis sum & humilis corde.* quam vir-
tutem voluit ab ipso disceremus. Quod
sufficiebat, vt virtutis huius excellentia
& necessitas, quam eiusdem habemus, in-
telligeretur, quando quidem filius Dei in
terram & caelo descendit, vt illam nos do-
ceret, & in speciali eius magister esse vo-
luit, non solum verbo, sed maxime ope-
re, tota enim eius vita viuum humilitatis
exemplum & speculum fuit. Percurrit S.
Basilius totam Christi vitam ab ipsa nati-
uitate, demonstrans & ponderans omnia
eius opera nos maxime hanc virtutem do-
cere.

Voluit (dicit) à paupere matre in vili
stabulo & praesepi nasci, & vilibus pannis
inuolui, voluit vt peccator circumcidi, vt
debilis in Ægyptum fugere, & inter pec-
catores, & publicanos, vt vnus illorum
baptizari: & in vite progressu volunt illum
in Regem eligere & eleuare, & abscondit
se, & dum illum volunt contumeliis &
dedecore afficere, offert se: homines exal-
tant illum, imò à diabolo obsessi, iubet
illos tacere, & dum illum vituperant, &

iniurias dicunt, ne verbū quidem loqui-
tur. Et in vita sine, vt magis hanc nobis
comendaret virtutem, vt testamentum &
vltimā voluntatē, cum mirando illo con-
firmat exemplo, dum discipulorum pedes
lauat, & ignominiosa illa Crucis morte.
Dicit S. Bern. *Exinanitus semetipsum, vt
prius prestaret exemplo, quod erat dictum
verbo: mirus sane docendi modus. Quare
tantā Maiestatē Dominus tam se humili-
at: vt non apponatur ultra magnificare se-
mo super terram. Intolerabilis enim iniqui-
tas est, vt ubi exinanitus Maiestatē, vniuersi-
tus inflatur & incumescat. Magna. n. sen-
per stultitia & temeritas est, hominē su-
perbire, maxime vero postquam diuina
Maiestatē se demisit & humiliavit. Filius
Dei Patri æqualis formā serui accipit, &
vult humiliari & vituperari, & pulsi-
cinis vult æstimari & magni fieri. Merito
dicit Seruator mundi se virtutis Magistru
esse, & nos eandē ab illo discere oportere.
Socrates enim, Plato, nec Arist. non po-
tuerant hanc virtutē docere. Philof. gen-
tiles agentes de moralibus virtutibus, de
fortitudine, temperantia & iustitia, tam
obstiterunt ab humilitate, vt in iisdem li-
bris & suis virtutibus vellent magni fieri
& sui memoriam relinquere. Erant quid-
dem Diogenes & alii similes, qui ostē-
debant se mundū contemnere, & seiplos
per viles vestitus paupertatem, abstinen-
tiam contēnere, sed hoc ipso facto super-
bi erant, & ideo volebant suscipi & miti-*

mati, & alios spernebant, vt Plato prudēter sane notauit in Diogene. Inuitauerat Plato quodam tempore quosdam philosophos, & inter illos Diogenē, & domum suam splendide adornauerat, & tapetibus strauerat, vt tales conuiuias decebat. Diogenes in ingressū cōpit sordidis pedibus tapetes calcare & à Platone rogat, cur sic fieret: respondit: Calco Platonis fastum. Cui Plato recte respondit: Calceas, sed alio fastu. In eo maiorem fastum notans calcante tapetes, quam ille haberet in eorum possessione. Nunquam acquisuerūt philosophi verum sui contemptū, in quo vera & Christiana humilitas consistit, nec eam quidem nomine tenus cognouerunt, hoc enim propria nobis virtus est à Christo docta. Et bene notat D. Augustinus, ab hac excellentem illum sermonem in monte in cepisse. *Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Per pauperes spiritu dicunt SS. Augustin. Hieronymus, Gregorius & alii intelligi humiles: Ab his seruator mundi sermonē aspicitur, his progreditur, & his absoluit hanc virtutē tota eius nos vita docet, hanc vult nos ab eo discere. Discite à me non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere & mortuos suscitare, sed quoniam mitis sum & humilis corde Potentior est enim & tutior solidissima humilitas, quam ventosissima celsitudo. Melior est humilis Deo seruiens, quam qui miracula facit. Hęc est plana & secura via: alia plena est salebris & periculis.

Necessitas huius virtutis tanta est, vt lineilla nobis cogitandum non sit, nos ne passum quidem vnum in via spirituali progredi posse. Dicit Sanctus Augustinus: *Nisi humilitas omnia, quae cunquo facimus, & praeceperit, & comiterur & sequuta fuerit, iam nobis de aliquo benefacto gaudentibus totum extorquet de manu superbia.* Necessē omnes virtutes nostras instructas & coniunctas esse cum humilitate, in principio, in medio & fine, si enim vel tantillam neglexerimus, & vanam

Rodriguez exercit. pars 2.

complacentiam finimus intrare, omnia secum auferet superbia ventus: & parum proderit opus ex se bonum esse, sed maxime ibi nobis timendum superbiae & vanae gloriae vitium. *Vitia quippe cetera in peccatis, superbia vero etiam in recte factis timenda est, ne illa, quae laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur.* Alia vitia (vt dicit S. Augustinus, sunt in peccatis, vt inuidia, ira, luxuria, & statim de nomine cognoscuntur, vt illa caueamus, sed superbia in bonis est, vt illa destruat: *superbia bonis operibus insidiatur, vt pereant.* Nauigabat homo prospere, dirigens cor in cœlum, Deo enim initio consecrauerat quod faciebat, & repente ventus vanitatis oritur, & illum in scopulos fert, volens hominibus placere, & ab illis aestimari & magni haberi, & vanam satisfactionem capere, quae omnia pessum ierunt. Ideoque recte Sanctus Gregorius & Bernardus: *Qui sine humilitate virtutes congregat, quasi in ventum puluere portat, qui illum dispergit, & in aerem diffundit.*

Omnia vastae superbia.

Greg sup. ps. 3. poem. Bern. de ordine vite & mor. instit. c. 7. & serm. de donis spiritus sancti qui est vltimus ex paruu c. 2.

CAPVT II.

Humilitatem ceterarum virtutum esse fundamentum.

Sanctus Cyprianus dicit: Humilitas est sanctitatis fundamentum. S. Hieronymus: Prima virtus Christianorum est humilitas. S. Bernardus: Humilitas est fundamentum custosque virtutum. Hi omnes dicunt humilitatem esse sanctitatis & omnium virtutum fundamentum. Et Sanctus Gregorius quodam loco vocat illam magistrā & matrem omnium virtutum, & alibi dicit esse virtutum radicem & originem. Metaphora hęc & cōparatio à radice sumpta valde propria est, & valde humilitatis proprietates & conditiones declarat. Quod ad primum ar-

Cyprian. ser. de nativitate Christi. Hieron. epist. ad Eustoch. Bern. ser. I de nativitate.

Greg. l. 23. mor. c. 13. & l. 27. c. vlt.

Flas, à sua radice, & virtus ab humilitate se iuncta, exarescunt.

k humi.

humilitatis radice perftet, siccatur & statim perit. Præterea vt radix in terra est, & pedibus teritur & calcatur, & in se nullâ habet pulchritudinem nec odorem; sed ab ea arbor vitam accipit. Sic & humilis sub terra est, calcatur & proteritur & parui fit, videtur nec speciem nec splendore habere, sed reiectus & contemptus, sed hoc illud ipsum est, quod illum conseruat & crescere facit. Ad hæc, vt necesse est, vt arbor crescat & duret & multum fructum adferat, radicem late & profunde se extendere, & quo profundius se in terrâ disperferit, tanto plures arbor fructus proferet & diutius durabit, secundum quod

4. Reg. 19. 30.

dicit Esaias propheta: *Mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* Sic fructum adferre in omni virtute, & in iis conseruari in eo situm est, vt quis altis in humilitate radices agat. Quo humilior fueris, tanto plus augeberis & cresces in virtute & perfectione. Denique vt superbia radix & principium omnis peccati est, teste Sapiente: *Initium omnis peccati est superbia;* sic Sancti dicunt humilitatem esse omnis virtutis radicem & fundamentum.

Quod radix arbori hoc humilitas perfectioni.
Ecc. 50. 15.

1. Cor. 3. II.

Sed dicet quis, quomodo dicis humilitatem esse omnium virtutum & ædificii spiritualis fundamentum cum sancti dicant fidem esse, secundum quod dicit S. Apost. Paulus: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Huic bene respondet D. Thomas: Duo requiruntur, vt recte fundetur domus, prius est, vt aperiantur bene fundamenta, & egeratur omnis terra, quæ mobilis est, donec ad solidum & firmum perueniatur, vt ei inædificetur, & per ductis fundamentis ad iustam profunditatem, & egesta omni terra mobili, ponenda prima petra, quæ cum aliis ponendis est: præcipuum ædificii fundamentum. Eodem modo se habent (dicit S. Thomas) humilitas & fides in hoc spirituali ædificio & virtutum fabricæ humilitas est, quæ fodit & aperit fundamentum, & egerit quicquid mobile est, quod est humanarum virium debilitas. Nō est tuis viribus superponendum fundamē-

S. Thom. 2. 2. q. 161. art. 5. ad 2.
Spiritualis fabrica duplex fundamentum I. profunda fons, et humilitas. 2. et principale, est petra, Christi fides et ipse Christus.

tum totum id arena est, totum hoc egerendum est, & fodiendum, donec ad rupem viam & firmam petram perueniatur, quæ est Christus: *Petra autem erat Christus.* Hoc principale fundamentum est, sed quia & alterum necessarium est, quod humilitate fit, id est & humilitas fundamentum vocatur. Ideoque quicumque humilitate bene fundamentum aperit, & illa sui ipsius cognitione fodit, & egerit quicquid mobile suæ propriæ fiducia & æstimationis, donec ad verum fundamentum, quod Christus est, perueniat, hic bonum ædificium extruet & quauis pugnet ventri, & crescant maria, non deiiciet, quia fundatum est supra firmam petram. Sin sine humilitate ædificauerit, statim corruet ædificium, quia super arenam fundatum est.

Non sunt veræ, sed apparentes & falsæ virtutes, quæ in humilitate fundatæ non sunt. Hincq; S. Aug. in Romanis & veteribus philosophis veras virtutes non fuisse non solū, quia deerat ipsi charitas, quæ est forma, quæ vitæ & esse omnibus dat, & sine qua nulla vera & perfecta virtus est, sed etiã deerat humilitatis fundamentum. In sua fortitudine, in sua temperantia volebat laudari & sui memoriã relinquere, & inanes erant virtutes & sine substantia, & potius virtutum vmbra, & quandoquidem vmbra perfectæ & veræ sed solū apparentes virtutes erant, dicit illas à Deo bonis repositilib. Romanis cõpensatas & remuneratas fuisse, quæ et apparentia bona sunt. Si ergo veras in anima tua virtutes edificare vultis, cura prius solidum humilitatis fundamentum iaci. *Magnus esse vis, à minimo incipe, cogita magnam fabricam construere celsitudinis, sed fundamento prius cogita humilitatem.* Aug. Et quoniam quisq; vult & disponit perimponere molē ædificii, tanto altius fundamētum. Alterū enim sine profundo in vfu nō est, & secundū proportionē illā, quæ profunde humilitatis fundamenta iacis etiã educere poteris hanc perfectiōnis angelicæ turrē, quæ cœpisti. Inter alias D. Thomæ Aquinatis sententias graues, refertur & hæc: *Qui capitur honoris desiderio, qui nō vult parui pēdi, & doler se de-*

spici, quanquam mira faciat, tamen procul a perfectione abest; est enim virtus sine fundamentum.

CAPVT III.

In quo specialius exponitur, omnium virtutum humilitatem esse fundamentum, enumeratis precipuis.

VTelarius intelligatur, quã vera sit hæc Sanctorũ opinio, humilitatẽ omnium virtutum esse fundamentũ, & quã id in omnibus necessariũ sit, exponemus & id ostendemus enumeratẽ precipuis. Vt à Theologicis incipiamus: ad fidem necessaria est humilitas. Non de infantibus loquor, quibus fides sine actu proprio in baptismo infunditur, sed de adultis, qui iam habent usum rationis. Fides intellectũ humilem & resignatum exigit: *In captiuitatẽ in obsequium Christi*, dicit S. Apost. Paulus, & superbus intellectus impedimento est, quo minus fides recipiatur, ideoq; dicebat Christus Pharisæis: *Quomodo vos potestis credere qui gloriam ab inuicẽ accipitis, & gloriam, quã a solo Deo est, nõ queritis?* Et non solũ ad recipiendã, sed & conseruandã fidẽ necessaria est humilitas. Cõmunis est omnium Doctorũ & Sanctorũ doctrina, superbiam omnium hæresẽõn esse principiũ: nã aliquis tanti facit opinionẽ propriã, vt eã omnium SS. & Ecclesię iudicio anteponat, & ideo in hæreses labitur. Hinc dicit Apostolus: *Hoc autẽ scitote, quod in nouissimis diebus insubũt tẽpora periculosa, & erũt homines seipos amantes, rapidi, elati, superbi.* Elationi & superbię attribuũtur errores & hæreses, vt & recte S. Aug. psequitur. Humilitate spes fouetur, humilis. n. necessitatẽ suã sentit, & scit se ex se nihil posse ideoq; maiori cũ affectu ad Deũ cõfugit, & omnẽ spẽ in illo ponit. Charitas & Dei amor humilitate reuiuiscit & inceditur, humilis. n. nouit omnia, quã cũq; habet, à Dei manu prouenire, & q; ipse nõ mereatur, ideoq; multo Dei amore inflãmatur & inceditur. *Quid est homo, quia magnificas eũ? aut quid apponit erga eũ cor tuũ?* dicebat S. Iob. Ego

tibi tã malus, tu vero mihi tã bonus; ego conor te offendere quotidie, & tu quotidie mihi gratias impertiri. Hac vna & maxima causa ex multis qua Sãcti vrũtur, vt se incendãt Dei amore; quo. n. magis propria indignitatẽ & miseriam considerabãt, tanto se magis deuinctos inueniebant ad Deum amandum, qui tã humili respexit. *Magnificat anima mea Dominum*: dicebat Angelorum Regina: *quia respexit humilitatem ancille sue.*

Luc. 1. 46.

Ad amorem Proximũ.

Facile videre est, quã necessaria sit humilitas in charitate erga proximos, nihil enim æque solet extinguere & diminuere proximorum charitatẽ quã defectus eius iudicare, & pro imperfectis habere: humilis autem procul hinc abest, proprios nãque defectus animaduertit, & in aliis nihil nisi virtutes considerat, ideoq; omnes bonos autumat, & se solum malum & imperfectum, & indignũ vt inter proximos versetur: hincq; nascitur magna illa æstimatio & amor omnium. Præterea humilem non male habet, quod omnibus postponatur, & alii pluris fiant, & nulla ipsius sit mentio. Vt nec etiam, quod aliis iniungantur maiora negocia, ipsi vero minuta & humilia, nulla inter humiles inuidia est, quã ex superbia nascitur: & propterea si humilitas sit, non erit inuidia nec dissidiũ, nec quid, quod proximi charitatem tepefaciat.

Ad Patientiam.

Ex humilitate etiam nascitur patientia tam in hac vita necessaria, humilis enim culpam & peccatum suum agnoscit, ideoq; omnem pœnam se mereri, & nulli ei punitio aduenit, quã culpa sua minorẽ non fateatur, hincque silet, nec queritur, sed potius cum Propheta ait: *Iram Domini portabo quoniam peccaui ei.* Et sicut superbus in omni re queritur, & putat se iniuste plecti, quamuis verum non sit, & non habetur, vt meretur; sic humilis non ostendit, quamuis sine causa ei contingat, nec tale iudicat. In nullo sentit se læsum nec iniuria affectum, sed omnia iudicat sibi iure contigisse, & qualicunque ratione tractetur, credit sibi factum satis, & melius habitum, quam mere-

Mich. 7. 9.



batur. Magnum sane medium est humilitas, ut ad patientiam perveniatur. Hinc sapiens suadens ei, qui vult servire Deo, ut præparet animam suam ad tentationem, & se armet patientia, medium quod adfert dicit esse, ut se humiliet: *Depri-
ma cor tuum & suscipe omne, quod tibi ad-
plicatum fuerit, accipe, & in dolore suscipe.*

*Ecclesi. 2. &
4.*

*Ad Pacem
animi.*

Matt. 11. 29.

Prov. 31. 10.

Qui hoc ergo fiet? quæ anima me induis, ut non sentiam, vel si sentiam, ut æquo animo feram? In humilitate tua patientiam habe. Ex humilitate etiam nascitur pax, tam ab omnibus expetita, & tam religioso necessaria, ut clare satis Christus noster dicit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inveniatis requiem animabus vestris.* Humilis esto, & magnam pacem tecum & cum proximo habebis. Sicut inter superbos semper rixæ, contentiones & iurgia sunt, ut dicit Sapiens; sic inter humiles rixæ esse non possunt, nisi sanctæ illæ dissensio, quis humilior sit, & alterum sibi præponat. Qualis fuit illa gratiosa contentio inter S. Paulum & Antonium super panis divisione, dum alterum alter importat armis viger, quia hospes erat, & alter quia senior, nihil intentatum relinquentes ut alterum sibi præferrem. Et hæc sanctæ & bonæ rixæ & contentiones sunt, quæ ut ex vera humilitate nascuntur, sic & non solum fraternæ paci & charitati non aduersantur, sed eandem potius confirmant & conseruant.

*Ad tria Re-
ligi vni vota.
Ad Pauper-
tatem.*

Veniamus ad tres illas proprias religioso & essentielles virtutes, ad quas per tria paupertatis, castitatis & obedientiæ vota nos obligamus. Paupertas tantam habet cum humilitate connexionem & affectionem, ut germanæ sorores esse videantur. Hancque per spiritus paupertatem, quam Christus primo loco inter Evangelicas beatitudines posuit, intelligat plerique Sancti humilitatem, alii voluntariam paupertatem, quæ illa est, quam religiosi profitentur. Et necesse est ut paupertas semper comitem habeat humilitatem, vna enim sine alia periculosa est. Etiam habitus vilis & abiectus facile patet vanæ gloriæ & superbiæ spiritum, unde

aliorum contemptus nascitur. Ideoque S. Augustinus valde abiectum vestitum fugiebat, & volebat religiosos suos honeste & decenter vestiri, ut hoc periculum vitaretur. Et ex altera parte necessaria est humilitas, ne velimus valde commode vestiri, ut nihil nobis defit, sed eo contenti simus, eo quod datur, & vilissimo quodam quidem pauperes sumus & paupertatem profitemur.

Ad castitatem necessariam esse humilitatem, docent multa Sanctorum patrum eremi exempla, & eorum, qui turpiter ceciderunt, postquam multos annos in penitentia & vita solitaria trāssegissent, quod inde ortum quod humilitatis esset defectus & præsumptio & infiducia, quæ Deus similibus ruinis & excessibus punire solet. Humilitas tantum est virginalis puritatis & castitatis ornamentum, ut S. Bernardus dicat. *Sine humilitate audeo dicere, nec virginitas Maria Deo placuisset.*

Ad obedientiam veniamus, in qua Pater noster vult, suos è Societate excellere. Manifestum est obedientem esse non posse, qui humilis non fuerit, nec in obedientem esse posse, qui talis fuerit. Humili quidvis imperari potest, non illi, qui non fuerit. Humilis contrarium iudicium non habet, in omnibus cum superiore conuenit, tam in opere, quam voluntate & intellectu, nulla ei est cōtradictio nec oppositio. Sic ad orationem, cui religiosi & spirituales hominis vita innititur necessaria est si humilitatem comitem non habeat nullius valoris est: & humilitate comitata oratio caelos penetrat. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non conabitur, & non discedet, donec altissimus afficiat.* Sancta & humilis illa Judith oratione suo inclusa, cilicio induta, & cinere recta, humi prostrata dicit & clamat: *Humilium & mansuetorum semper tibi placuerit deprecatio. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Ne auertatur humilis factus confusus, sed quod petiit, obtinebit.* Aduerte quam grata Deo fuerit humilis illa Evangelici publicæ oratio

qui non audebat oculos ad cœlum leuare, nec vicinior altari fieri, sed procul in templi aliquo angulo tundens pectus humili sui cognitione dicebat: *Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* dicit Christus Seruator noster, & Pharisæus superbus, qui se iustum reputabit, reprobatus & damnatus est. Hoc modo licebat per alia virtutum genera discurrere, & sic si compendium aliquod ad omnes acquirendum petis, & breue aliquod documentum & regulam, vt cito ad perfectionem pertingas: humilis esto.

CAPVT IIII.

De particulari necessitate huius virtutis, iis qui profitentur se promouere & iuuare proximorum salutem.

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Dicit Sapiens. Magnum officium obeunt illi, qui profitentur se animas Deo lucrificare quod ad confusionem nostram nobis dicere licet. Ad sublimem hunc statum Deus nos vocauit; instituti enim nostri est, sanctæ Ecclesiæ in magno & sublimi ministerio seruire (ad quod Deus Apostolos elegit) quod est Euangelium prædicare & Sacramenta administrare: sic vt cum S. Paulo dicere liceat: *Dei nobis ministerium reconciliationis.* Ministerium reconciliationis gratiam & Euangelii prædicationem & Sacramenta nominat, quibus gratia communicatur. *Et posuit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo ergo legatione fungimur.* Fecit nos Deus ministros suos, legatos suos, quasi Apostolos suos, vicarii Iesu Christi legatos, Spiritus sancti linguas & instrumenta: *Tanquam Deo exhortante per nos.* Placant Deo per nos animabus loqui, carnis his linguis vult hominum corda Deus mouere. Ob duas ergo causas ma-

gis nobis necessaria humilitas: prior est, quod quanto sublimius est institutum & vocatio nostra, tanto maius nobis imminet periculum, & maior cum superbia & vanitate pugna. Altissimi montes docet S. Hieronymus, maioribus ventis quatiuntur. Maximis officiis fungimur, & ideo omnium in nos oculi conuersi, & magni ab omnibus pendimur, & sancti habemur, & quasi Apostoli in mundo, & totum nostrum commercium sanctitas, & quod sanctos reddemus, quibuscum agimus. Alto sane humilitatis fundamento opus est, vt tantum ædificium non corruat, magna fortitudine & virtutum pondere, vt honorum hoc onus & inde dependentes occasiones portehtur: difficile est per honores ire, vt nihil cordi adhæreat. Non omnibus tantum robur, vt ad alta caput leuent. Quot euauerunt, & ex loco alto, in quo erat ceciderunt, eo quod fundamento humilitatis hoc carerent. Quot videbantur vt aquilæ per virtutum exercitia in altum tendere, qui superbia vespertiliones facti sunt. Miracula faciebat Monachus ille, de quo in vita SS. Pachomii & Palæmonis legitur, super prunas ambulabat sine læsione. Sed ob hoc ipsum superbiuit, & alios speuit, & dese dicebat: Sanctus hic est, qui super prunas sine læsione ambulat: quis vestrum tale quid facit? Arguebat illum S. Palæmon, quod videret superbiam esse, & ad vltimum cecidit, & misere periit. Talium exemplorum plena est S. Scriptura & sanctorum historia.

Hincque particulariter nobis necesse, hac in virtute fundatos esse, si enim id non fiat, magno in periculo versamur, ne in vanitatem & superbiam incidamus, & quod omnium maximum, in spiritualem superbiam. S. Bonauentura hoc exponens dicit duo esse superbiæ genera, altera est rerum temporalium, & vocatur carnalis superbia: altera vero rerum spiritualium & dicitur spiritualis, & hæc priore maior & grauius peccatum est; cuius ratio manifesta est: omnis enim superbus (dicit S. Bonauentura, fur est, &

Duas habent causas sese humiliandi. Hieronymus. i. est, periculum, in quo versantur ob muneris dignitatem.

Bonauentura.

Isa. 42. 8. &
cap. 48. 11.

furtum facit, quod se alieno exaltet contra Domini voluntatem. Exaltat se gloria & honore Deo proprio, quem alteri non vult dare, sed sibi seruire: *Gloriam autem meam alteri non dabo*: dicit ipse per Isaiam. Hanc Deo præripere & se hac exaltare, & sibi adscribere vult superbus. Dum quis bono aliquo naturali nobilitate, bona corporis dispositione bono intellectu, eruditione vel similibus donis superbit; fur est, sed tantum furtum non est: quamuis enim hæc omnia bona Dei sunt, tamen domui suæ propria sunt. Sed qui donis spiritualibus gratia, sanctitate, fructu, quem in animarum salute fert, superbit; hic magnus fur est, Dei honorem furatur, famosus fur est, qui preciosissima, & apud Deum maximi pretii monilia furatur, quæ tanti ipse fecit, vt pro iis proprium sanguinè & vitam perderet. Hinc S. Franciscus valde hunc superbiæ tumorem verebatur, & Deo dicebat: Domine si quid mihi dederis, tibi serua, nihil mihi tribuo, magnus enim fur sum, qui me bonis tuis leuo. Hoc etiam metu afficiamur, plus enim æquum est, nos timere, tam enim humiles non sumus, vt S. Franciscus. Ne cadamus in hanc tam periculofam superbiæ, ne extollamur Dei bonis, quæ penes nos habemus, & Deus nobis fidit, nihil nobis adhærescat: ne quid nobis adscribamus, sed totum Deo reddamus.

Marc. 16. 14.

Christus Seruator noster non sine magno mysterio, apparens discipulis suis ipso ascensionis die, exprobrauit illis incredulitatem eorum & duritiam cordis, & postea misit illos prædicatum Euangelium per mundum vniuersum, & dedit illis potestatem faciendi multa & magna miracula; vt nobis indicaret, illum, qui ad magna exaltandus est, ante humiliandum esse, & se ipsum deicere, & propriam debilitatem & miseriam sibi perspectam habere, vt quamuis post super cælos volet & miracula faciat, tamen in sui cognitione & propria imbecillitate integrum esse debere, vt nihil sibi, quam

suam indignitatem adscribat. Ad hoc propositum notat Theodoretus, quod eadem de causa Deus intendens Moysen eligere & statuere populi sui ducem & caput, & per eum tot & tanta miracula facere, vt post fecit, prius voluerit manum illam, qua mare rubrum diuisurus erat, & tam miranda patraturus, in sinu poni, & inde extractam totam lepra perfundi.

Altera ratio, cur magis nos humilitate egeamus; est, vt fructus iisdem ministeriis, quæ obimus, faciamus: sic vt humilitas non solum nobis necessaria sit, & nostro proprio commodo, ne euanciamus & superbiamus & pereamus, sed & ad lucrificandum proximos, & fructum in animabus producendum. Ad hoc humilitas præcipuum & efficacissimum medium est, vt in nobis fiduciam nullam habeamus, & viribus nostris prudentiæ & industriæ non fidamus, sed omnem in Deo fiduciam colloceamus, omnia ipsi accepta referamus & attribuamus, secundum illud Sapientis dictum: *Habe fiduciam in Domino, ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ*. Ratio huius est, vt post fufus dicitur, quod dum nobis ipsis diffisi, omnem in Deo fiduciam ponimus, totum illi attribuimus & in illud projicimus, illum deuincimus, vt plus ipse manum admoveat. Domine fac opus tuum, animarum conuersionem, opus tuum est & non nostrum; quomodo nos huius pars sumus? Sed dum nostris mediis & rationibus innitimur, facimus nos operi partem, multum nobis adscribentes, & totum hoc Deo auferimus. Instar bilancis est, cuius dum vna pars leuaret, altera deprimitur, quantum enim nobis tribuimus, tantum Deo tollimus, & volumus nos exaltare gloria & honore, qui ipsi proprius est, ideoque ipse permittit, vt nihil fiat recte. Et vtinam hoc non aliquando causa esset, quod cum proximis fructus non fiat.

De B. Patre nostro Ignatio in eius vita

legitur, quod in certa concione de doctrina Chriſtiana, quam Romæ habuit vocabulis ruptis & impropriis, eo quod Italicum idioma non exacte calleret, tantum fructum in auditorum animis fecerit, vt ea finita tanto dolore compuncti ſint, vt ſuſpirantes & gementes ſe ad eius pedes proſtrauerint, & præ lacrymis & ſuſpiriis vix premere verba potuerint, energiã enim non in verbis ſed ſpiritu conſtituebat: *Non in perſuaſiuis humana ſapientia verbis, ſed in oſenſione ſpiritus & virtutis*: vt dicebat S. Apoſtolus Paulus. Sibi non fidebat, & omnem in Deum fiduciam iactabat, qui tantas vires & ſpiritu fractis & impropriis illis verbis ſuggerebat, vt videretur quaſi ardentes flammas in auditorum animos conijcere. Sed nunc me fugit, an cauſa ob quam tantum fructum non referamus, in eo potiſſimum ſita ſit, quod nimium prudentiæ noſtræ inuitamur, & mediis noſtris, eruditioni, rationibus & dicendi modo eleganti & ornato nimium fidamus, & nobis plurimum applaudamus, & placeamus. Dicit enim Deus: Efficiam, vt cum vobis perſuadebitis, quod meliora & optimas rationes in medium attuleritis, & vobis videamini ſatiſfeciſſe & ideo tumefcatis, quia aliquid feciſſe videmini, tunc minimum faciatis, & in vobis compleatur illud Prophetæ: *Da eis Domine, quid dabis eis? da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia*. Ego matrem ſterilem vos efficiam, & vt nihil præter nomen habeatis. Tantum ille Pater, Pater Eccleſiaſtes ſolo nomine diceris, & filios ſpirituales non habebis: vbera arentia dabo tibi, vtque proles tibi non adhæreant, nec illis tua dicta. Hoc meretur qui bonis Dei ſe exaltat, & ſibi arrogat, quod diuinæ Maieltati proprium eſt. Non hoc propterea dico, quod non opus ſit diligenti ſtudio & prudentia in eo, quod ad auditores ex altiori loco dicitur; ſed hoc non ſufficit, opus vt multis cum lachrymis Deo commendetur, & poſtquam te ſtudento & ruminando obtuderis, di-

cas Serui inuiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. *Luc. 17. 10.* Quid potui ego? niſi ſtrepitum aliquem verbis meis excitare, qui quaſi bombardæ ſine plumbea glande? ſed tu Domine ictus in corde das, tu qui illum inſtilgis. *Cor regis in manu Domini, quocunq;e voluerit, inclinabit illud.* Tu Domine ille, qui vulneras & moues corda; quæ pars nos huius ſumus? Quæ noſtrorum verborum proportio? & quæ humana media poſſumus nos huic tam ſublimi & ſupernaturali officio accommoda adferre, qualis eſt animas conuertere? Nulla omnino. Quid ergo tam inflamur, & ita nobis placeamus, dum videtur fructus fieri, & nobis feliciter res cadit, quaſi per nos ea conſecta foret: *Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum à quo trahitur?* & dicit ei, ego ſum, quæ ſecui & diuiſi lignum, dicit Deus per Iſaiam Prophetam. *Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe, & exaltetur baculus, qui vtiq;e lignum eſt,* & non poteſt ſe moueri, nihil ab aliquo mouetur. Huiusmodi & nos ſumus, ſi ſini ſpirituale & ſupernaturali animarum conuerſionis æquiparemur: lignis ſimiles ſumus, nec nos mouere quimus, niſi nos Deus moueat. Ideoque totum illi acceptum ferre debemus, & nihil nobis, vnde gloriemur relictum.

Tanti facit Deus, ſi viribus noſtris & mediis humanis non inuitamur, & nihil nobis adſcribamus, ſed ipſi omnia, & totam illi gloriam relinquamus, vt Chriſtus (teſte S. Paulo Apoſtolo) noluerit prædicationis Euangelii cauſa eligere doctos & eloquentes, ſed humiles piſcatores, idiotas & imperitos. *Qua ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret,* videlicet Reges, Imperatores & mundi magnates. An te forſan cauſa latet? dicit S. Paulus:

Vt

Ut non gloriatur omnis caro in cōspectu eius, sed quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Si Euangelii præcones opulenti & potentes fuissent, & magnis exercitiis & armatis stipati mundum obeuntes Euangelium prædicassent; conuersio adscribi armorum virtuti & potestati potuisset. Si doctos & eloquentes mundi elegisset qui eruditione, eloquentia & argumentorum vi philosophos vicissent; potuisset conuersio eloquentiæ & argumentorum subtilitati attribui, & multum minui virtus & æstimatio Christi. Ideo non sic, dicit S.

1. ad Cor. 1. 17.

Paulus, *non in sapientia verbi, ut non euacuetur Crux Christi.* Noluit Deus id fieri verborum sapientia & eloquentia, ne minueretur præcium virtutis & energiæ Crucis & passionis Dominicæ. Dicit S. Augustinus: *Dominus noster Iesus Christus volens superbiorum frangere ceruices, non quasiuit per oratorem, piscatorem, sed è piscatore lucratus est Imperatorem & oratorem. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator, per quem postea crederet non solum orator, sed & Imperator.*

Aug. tract. 7. sup. Ioan.

Debilibus aut visibus instrumentis ad magna vitur Deus.

Scatet S. Scriptura exemplis, quibus ostenditur Deum humilia & debilia instrumenta & media ad magna opera vrsupasse, vt verum hoc esse demonstraret, & vt cordi nostro semper fixum esset, nihil nobis relictum, de quo gloriari liceret, nec quod nobis, sed Deo omnia attribuenda esse. Quod manifeste docuit celebris illa victoria debilis viduæ Iudith contra centum quadraginta quatuor millium armatorum exercitum. Id & docet Dauid inermis, & aduenis pastoris præclara victoria, qui funda superbum gigantem Goliath prostravit. *Vt sciat omnis terra, quia est Deus in Israel, & nouerit vniversa ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat Dominus, ipsius enim est bellum & victoria, & vt hoc cunctis sit notum, ipse victoriam sine armis dare vult.* Id etiam in Gedeon demonstratum, qui triginta duo armatorum millia contra Madianitas, qui erant centum & triginta millia, in aciem eduxerat, nam illi di-

1 Reg. 17. 16.

cebat Deus: *Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius nec eo superabis.* En rationem, quam Deus allegat & ob quam non possit hostes superare, quia multi sunt: si dixisset, non poteris superare, quod inimici multi & vos pauci sint, & qua causa visa fuisset. Fallentis, nec capis, humana fuisset hæc causa, altera vero Deo propria est: Non potes vincere (dicit Deus) quia multus tecum est populus. Quamobrem? *Ne gloriatur contra me Israel & dicat: Meis viribus liberatus sum.* Modum excogitauit Deus, vt cum Gedeon solum remaneant trecenti, quos in hostem duci iubet, & iis dat victoriam. Nec necesse quidem fuit illos armari, aut gladios educere, sed tantum tubarum clangore, quas manu altera ferebant, & strepitu vasorum contractione, & lampadum splendore, quas altera portabant, tantum immisit Deus hostibus timorem, vt in fugam acti se mutuo protererent, putantes totum in illos mundum irruere: Non iam dicis tuis retribuis vicisse: hoc volebat Deus. Si ergo in temporalibus & humanis, in quibus nostra media aliquem ad finem, & vires nostræ ad victoriam proportionem habeant, Deus nihil nobis vendicare vult, sed vt & belli victoria & felix negotii successus ipsi accepta ferantur: præterea si in naturalibus nec ille qui plantat, nec ille qui rigat, nihil sunt: non est aliter qui incrementum dat herbis, nec fructus in arbore producit, sed Deus; quid in spiritalibus & supernaturalibus fiet, vt in animum conuersione, & profectu & vitæ incrementum? In quibus media tam exilia & insufficientia sunt, vt nulla cum tam sublimi sine proportionem conueniant. Ideoque dicit S. Apostolus Paulus: *Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Deus enim solus est, qui incrementum & fructum spiritualement dare potest; Deus solus est, qui pauorem & metum humanis cordibus immittere potest: Deus solus est, qui id potest, vt homines peccata oderint, & peruersam vitam relinquunt nobis

nobis solum permillum aliquid strepitus Euangelii tuba excitare, & si vasa corporis nostri mortificatione frangimus, lucem nostram splendere coram hominibus vita multum edificantes, non parum à nobis factum fuerit, sicque Deus victoria potiri concedet.

Duo hinc eruamus, quæ magno nobis erunt adminiculo, vt ministeria nostra magno solamine & profectu tam nostro quam proximorum in actum deducamus. Prius, quod dictum est, ne nobis fidamus, & omnem in Deo fiduciam reponamus, & omnem fructum & felicem successum negocii illi soli adscribamus.

S. Chrysostomus dicit: Nolumus igitur extolli, sed & nos dicamus inutiles, vt viles efficiamur. Et S. Ambrosius ait: vis multum fructus cum proximo facere, obserua S. Apostoli Petri doctrinam: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quæ administrat Deum, ut in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.* Qui loquitur persuadeat sibi, Deum verba hæc in ore suo posuisse: qui operatur sibi persuadeat Deum per se operari, & det illi omnium gloriam & honorem. Nil nobis vendicemus, nec vllam nos ob rem eleuemus, nec vane nobis placeamus.

Posterius hinc colligendum est, nec animo cadamus nec desperemus. tenuitatem & miseriam nostram considerantes. Quo vel maxime indigemus: quis enim erit, qui videns se ad tam arduum munus & supernaturale institutum appellatam, quale est animas conuertere, & peccatorum sordibus eruere ex hæresibus & infidelitate euocare, & in se oculos dirigens, animum non despondeat? Quanta bone Deus, dissimilitudo & iniqua proportio. Non virium mearum hoc est onus, qui omnium miserrimus & ægerimus. Falleris sane, tibi magis id erat imponendum. In Moysem cadere non poterat vt crederet, se tanto oneri ferendo parem esse, cuiusmodi erat, educere populum Israeliticum ex Ægypti captiuitate.

Rodriguez exercit. pars 2.

te, & excusabat se Deo, qui eum ad hoc euocabat: *Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?* *Obscuro Domine mitte quem missurus es, ego id non possum, impeditioris enim lingue sum.* Hoc est quod volo, inquit Deus, *Ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquar.* Tu non facies, ego tecum ero. Idem & Teremix Prophetæ contigit: Mittebat illum Deus vt gentibus prædicaret, & statim se exulare cepit: *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum, a, a, a:* non vides Domine, quia loqui non valeo, quod puer sum, quomodo ad tantum negocium me amandare vis? Ideo tibi eundem est, quia hoc tibi persuades, hoc illud est quod Deus querit, alioqui si multis donis excultus esses, non te eligeret, & illis te non eleuares, & tibi quid adscriberes, Humiles, & qui nihil sibi arrogant, eligit Deus, & per tales magna operari vult.

Sacra referunt Euangelia, dum prædicatu redirent Apostoli, & videns Christus fructum, & miracula, quæ patrarant, exultaerit in spiritu, & cepit glorificare & gratias agere Patri æterno: *In ipsa hora exultauit Spiritu sancto & dixit: Confiteor tibi Pater Domine caeli & terra, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Ita Pater, quia sic fuit placitum antese. Beati illi paruuli, beati humiles qui sibi nihil adscribunt, hi enim sunt, quos Deus exaltat, per quos mirabilia facit, hi sunt, quibus vt instrumentis vitur, ad magna operandum, cuiusmodi sunt magnæ animarum conuersiones & fructus, ideo nemo fiducia perdat, nec animum despondeat. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ne time nec animo cade minima Iesu Societas, quod parua imo minima sis omnium, placuit namque Patri tuo cælesti per te animas & corda hominum acquiri & reduci. Ego vobiscum ero, dicebat Christus Patri nostro Ignatio, quando & Romam eunti apparebat? *Ego vobis Rome propitiuss ero.* Idq; miraculum & mira apparitio causa fuit,

Exod. 3. 11.

Exod. 4. 11.

Luc. 10. 11.

Matt. 11. 25.

Luc. 12. 32.

Lib. 2. vita S. Ignatii c. 11.

fuit, cur huic religione nomen Societatis Iesu indicum sit, vt intelligamus nos non ad Ignatii Societate & ordinē, sed ad Iesu Societatem vocatos esse, & certos esse Iesu nobis semper auxilio fore, vt ipse Patri nostro pollicitus est, & illum nobis ducem & caput esse, ideoque nobis defatigationem nullam timendam, nec animo cadendum in hoc tanto negotio animas iuuandi, ad quod à Deo vocati sumus.

CAPVT V.

De primo humilitatis gradu, qui est se parui facere & humiliter de se sentire.

Laurentius
Iustinianus.

S. Laurentius Iustinianus ait neminem posse nosse, quid sit humilitas, nisi ante à Deo impetrarit, vt humilis sit, eo quod difficile cognitum id sit. In nullo (dicit idem,) tam fallitur homo, quam in cognoscenda vera humilitate. Credisne forsitan in eo consistere, si dicas: Miser sum, superbus sum? Si hic consisteret, facilis esset humilitas, omnes humiles essemus, omnes enim dicimus nos tales esse, vtinam & id sic sentiremus, & non id tantum ore, & ficto externoque respectu diceremus. Forsan credis humilitatem in vilibus & abiectis vestibus & sordidis & contemptis officiis consistere? Nec hic quidem sita est, hic enim multum superbia esse potest, vt quis ob hanc magni velit fieri ab aliis, & se maximi faciat, vt ceteris humiliorem, quæ est ipsissima superbia. Verum quidem est exteriora hæc plurimum ad veram humilitatem conferre, si iis, vt par est, vtamur, vt post dicitur: tamē in his vera humilitas non consistit. S. Hieron. inquit: *Multi humilitatis umbram, veritatem pauci sectantur.* Facile est caput inclinare oculos demittere, humili cum voce loqui, sæpius suspirare & ad vnam quodque verbum se miserum & peccatorem nominare, si enim hoc vel vno verbo, quamuis leuissimo, tetigeris

Cap. 22. &
599.

Hieron. epist.
27.

vel læseris, statim videre erit, quantum à vera humilitate absint: Auferantur omnia figmenta verborum, cessent simulati gestus, verum humilem patientiam ostendit. Hic lapis ille Lydius (dicit S. Hieronymus) ad quem vera examinatur humilitas.

S. vero Bernardus magis in speciali exponit in quo virtus hæc posita sit, eiusque definitionem ponit: *Humilitas est virtus, qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit:* virtus hæc non in verbis nec exterioribus, sed intimo cordis sita est, in abiectissime de se sentiendo, in se vilipendendo, & talem ab omnibus habendum expectando, quod ex profundissima sui cognitione oritur.

Vt id declararetur & specialius enucleetur, ponunt Sancti plures humilitatis gradus. S. Benedictus, quem D. Thomas & alii sequuntur, posuit duodecim, S. Anselmus septem, & S. Bonaventura omnes reducit ad tres, quem breuitatis causa sequemur, & vt doctrina ad paciora redacta, promptius ob oculos ponatur, & facilius in actum deducatur. Primum humilitatis gradum dicit S. Bonaventura esse, vt quis se parui faciat, & humiliter de se sentiat, vnicuique & necessarium ad id medium esse sui cognitionem. Hæc duo D. Bernardi definitione continentur, vt & primo hoc gradus. Humilitas virtus est, qua quis se parui facit. En hic primum: id que (dicit S. Bernardus) facit, dum vere se miserias & defectus suos cognoscit. Ideoque quidam primum humilitatis gradum ponunt sui cognitionem, idque merito. Notamen cum S. Bonaventura redigentes omnes humilitatis gradus ad tres ponimus pro primo sui contemptum, & sui cognitionem medium vnicuique & necessarium ad gradum hunc humilitatis parandum: in re tamen vnum & idem est. Nam in eo omnes conuenimus sui cognitionem esse principium & fundamentum & ad humilitatem parandum, & permouendum in eo, quod sumus. Qui enim pro tali haberi potest, si non cognoscatur!

scatur fieri non potest. Necessè ut ante scias, quis sit, ut post cum eo loco habeas, & ut talem honore prosequaris. Sicque necessè ut ante noscas quis sis, ut post te pro tali habeas, ad hoc enim fit magna licentia datur. Si enim pro tali habeas qualis es; humilis eris, te ipsum enim contemnes. Sin te plurius facere vis, quam es; superbia hæc est. S. Isidorus inquit: *Superbus dicitur est, qui super vult videri plus quam est.* Ideo enim quis superbus dicitur, quia se pro maiore habet, & talis haberi vult, quam reuera est. Hæcque vna causarum est, ob quas aliqui aiunt Deum tam amare humilitatem, quia veritatis amicus est, humilitas autem veritas, superbia vero & præsumptio mendacium & frâus est. Is enim es, quem te esse cogitas, nec is, quem te ab aliis haberi vis. Si ergo in veritate & humilitate esse vis, habe te pro eo, quies. Non videtur sane multum à te exigi, si petatur ut te eum habeas, qui es, & te non plurius facias, rationi enim consentaneum non est, ut quis se maiorem faciat, quam vere est, potius magnus abusus, imo periculosum est, quem se decipere, & alium, quam est, se credere.

CAPVT VI.

De sui cognitione, radice & unico medio, necessario ad humilitatem parandam.

FODIRE & rimari incipiamus in eo quo sumus, hoc est in nostrarum miseriarum & debilitatum cognitione, ut sic tandem preciosissimum hunc thesaurum inueniamus. *Drachma perijt* (dicit S. Hieronymus) *& tamen inuenitur in stercore.* In abiectiois, peccati & miseriarum stercore preciosam hanc margaritam humilitatem reperies. Incipiamus à corporis substantia, sit prima hæc fossio. Dicit S. Bernardus: *Ista tria semper in mente habere, Quid fuisti? Quid es? Quid eris? Quid fuisti? quia sperma fœditum. Quid es? quia vas stercoreum. Quid eris? quia*

esca vermium. Hic abundantissima meditari & penetrandi materia est. Hinc recte Innocentius Papa: *O vilis conditio humana indignitas! ô indigna vilitas humana conditio! herbas & arbores inuestiga, ille de se pro ducunt flores, & frondes & fructus, & tu de te lendes, & pediculos & lumbricos. Illa de se effundunt oleum, vinum & balsamum, & tu de te sputum, urinam & stercur.* Illa de se spirant suauitatis odorem, & tu de te reddis abominationem factorum, cuius etiam cogitatio nauseam patriat, quanto magis expositio. Qualis arbor, talis fructus, non enim potest arbor mala fructus bonos facere. Imo à Sanctis corpus humanum comparatur fimeto niuibus tecto, quod foris album apparet, intus vero sordibus & immunditiis plenum est.

S. Bernardus ait: *Si diligenter consideres, quid per os & nares, caterosque corporis meatus egrediatur; vilis sterquilinum nunquam vidisti, nec quod plures ex se sordes eiciat.* Quam recte dixit S. Iob *hominem puluerem & vermium productionem esse? Putredini dixi: Pater meus es, mater mea & soror mea vermium.* Eandem nos cum putredine similitudinem habemus, quam pater cum puluere. Homo productio pulueris, & saccus vermium est. *Quid ergo superbumus? Quid superbit terra & cinis?* Hic saltem nulla superbiendi materia est sed potius se humiliandi & vilipendendi. Ideoq; ait S. Gregorius: *Custos humilitatis est recordatio propria fœditatis, sub hoc cinere bene hæc conseruatur.*

Progrediamur, & paulo profundius fodiamus & ligonem adigamus. Attende quid fueris antequam te Deus crearet, & inuenies te nihil fuisse, & te his tenebris & chao exire nequisse, sed Deum immensa sua bonitate & misericordia te ex profunda illa abyssu extraxisse, & in creaturarum numerum retulisse, conferens veram & Regiam essentiam, quam habes. Sic ut ex nobis nihil simus, & nos equales ex nobis nos facere conueniat iis, quæ non sunt, & Deo id adscribere, quo illa hac in parte præcellimus.

Innocent. Papa l. 8. de contemptu mundi.

Bern. c. 3. meditat.

Iob. 17. 24.

Ecclel. 10. 9.

Gregorius.

Hoc est, quod S. Paulus asserit: *Si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.* Magnæ sane fodinæ, ad humilitatis thesauros nos ditandos se hic offerunt.

Et hic manus quid se ostēdit, quod iam creati & essentia accepta, per nos subsistere non possumus. Nec nobis idem contingit, quod domui, quæ postquam à fabrico extructa est, se sustinet, nec fabri opera amplius indiget, qui eam ædificauit: non sic nobis agitur, creati enim tam Deo in singula momenta egemus, vt esse quod dedit, non amittamus, vt eguimus, dū nihil eramus, vt essentia nancisceremur. Ipse nos semper potente sua dextera sustinet & conseruat, ne in profundā nihili abyssum recidamus, vnde nos ante extraxit. Ideo ait Dauid: *Tu formasti me,*

Psal. 138. 5.

& posuisti super me manum tuam. Hæc tua manus, quam super me posuisti, me sustinet, & conseruat, ne rursus ad nihilum redigar, quod ante fui. Tam ab hac conseruatione & custodia diuina pendemus, & ei sic affixi sumus, vt ea vel vno momento deficiente, & Deo manum retrahente, statim in eodem temporis puncto nobis deficiendum & in prius nostrum nihilum redeundum sit; vt sole occidente lumen terræ subtrahitur. Hincq; S. Scriptura ait: *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputati sunt ei.* Hoc illud est, quod singulis momentis nobis in ore est, quod nihil sumus, sed puto nos solum ore dicere, nescio an intelligamus, quod dicimus.

Isa. 40. 17.

Vtinam intelligamus & sentiamus, vt Propheta, dum dicebat: *Et substantia mea tanquam nihilum ante te.* Nihilum sane Domine ex me sum, nihil enim eram, & esse quod habeo, non à me habeo, sed tu mihi illud Domine dedisti, & tibi ante adscribendum est nec inde mihi gloriamdum nec superbiendum, nihil enim ad id contuli, & tu esse illud conseruas, & vires ad operandum suggeris. Omnis essentia, omnis potestas, omnis ad operandum vis à manu tua venire debet, ex nobis enim nihil possumus, nihil vale-

Psal. 38. 6.

mus, nihil sumus. Quæ ergo nobis superbiendi materia? An forsitan de nihilo? Paulo ante diximus, *Quid superbis terra & cinis?* nunc dicere possumus, *Quid superbis, cum nihil sis?* quod minus puluere & cinere est. Quam rationem aut occasionem habet nihil cristiam cleuandi & superbiendi, & aliquid ætiamandi? Nullam sane.

CAPVT VII.

De quodam magni ponderis medio, vt homo se cognoscat, & humilitatem acquirat, quod est peccatorum consideratio.

LONGIVS procedamus & altius propriæ cognitionis ligonem debigamus, & profundius fodiamus. Profundiusne fodi potest? an quid nihilo profundius? Est, & quidem multo maius. Quid? Peccatum, quod addidisti. O quam profundum hoc, & quidem nihil hoc profundius est, peius enim peccatum quam non esse, & præstitisset non fuisse, quam peccasse, hincque Christus Seruator noster de Iuda dicebat, qui illum traditurus erat: *Bonum illi eras, si tuus non fuisset homo ille.* Nihil tam abiectum, dislitum, & in Dei oculis contemptum inter omnia, quæ sunt & non sunt, quam homo, qui est in mortali peccato, & cœlesti hereditate exclusus, Dei inimicus, æternis inferni pœnis, Dei iudicio addictus. Et quamuis te Dei bonitate mortalis peccati conscium esse non reperis, tamen quia ad nihil nostrum cognoscendum, monuimus in memoriam redigendum tempus, quo non eramus, sic & vt plenius & perfectius abiectionem & miseriam nostram exploremus, in memoriam reuocandum tempus, quo in peccato fuimus. Attende quam miseræ conditionis fueris, dum in Dei conspectu fueris deformis, infelix & hostis eius & filius

ixæ, æternis ignibus addictus, & contemne & abiice te quam poteris profundissime. Et certe tibi persuade, quod quantumlibet respernas & humilies, ad eam contemptus abyssum nunquam te pervenire posse, quam meretur ille, qui infinitum illud bonum, quod Deus est, offendit. Fundum hæc res non habet, abyssus profundissima & infinita est, donec enim in cælo percipiamus, quam bonus sit Deus, perfecte cognoscere non licet, quam malum sit peccatum, quod Deo contrarium est, & quanta pœna dignus, qui illud committit.

Si hac in consideratione seduli essemus, & alte foderemus hanc criminum & miseriarum fodinam; quam humiles essemus, & quam parvi nos ipsos duceremus, & quam æquo animo ferremus nos vilipendi & contemni? Qui Deum prodidit quem illius amore cõtemptum non amplectetur? Qui Deum sua concupiscentia & appetitu & momentanea oblectatione vedit & mutavit, & qui Deum Creatorem & Dominum suum offendit, & meruit æternis in inferni flammis obici, quas ille iniurias & contumelias æquo animo non tolerabit, ut illi de offensis satisfaciat & damna compenset, quæ divinæ Maiestati intulit? *Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodivi:* dicebat Propheta David. Antequam pœna adesset, qua me Deus humiliat & affligit, iam feceram, iam deliqueram, ideoque fileo, & queri non audeo, multo. n. minor pœna culpæ meis est. Non me Domine puniisti, ut merebar. Quicquid enim in hac vita pati possumus nihil est, si cum, quod vnum tantum peccatum meretur, conferatur. Num ne tibi videtur illum meruisse omni infamia & contemptu affici, qui Deum suo honore spoliavit, & contempnit? Nonne tibi videtur æquum esse, ut ille vilipendatur, qui Deum vilipendit? Nonne tibi videtur voluntas illa, quæ ausa fuit Creatorem suum offendendi, eo redigendo, ut posthac nil amplius fiat, quod

appetit, in magnæ ipsius temeritatis pœnam?

Hic aliud consideratione dignum occurrit, quod quamvis in Dei misericordia confidere valeamus, peccata nobis iam esse remissa, tamen de everti non sumus. *Nescit homo virum amore an odio dignus sit,* ut ait Sapiens. Et S. Paulus dicebat:

Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et væ mihi, si non sum, parum enim mihi proderit, quamvis religiosus sum & alios conuerto: *Si linguis hominum loquar & Angelorum; charitatem autem non habeam; nihil sum:* quamvis donum prophetiæ habeam, & omnem scientiam, & erogem omnem substantiam meam in pauperes, & totum mundum conuertam, charitatem autem non habeam nihil sum, nihil mihi proderit. Væ vobis, si charitatem & Dei gratiam non habeatis, nihil estis, & minus quam nihil.

Magnum sane ad se humiliandum, & humiliter de se sentiendum, & contemnendum, non scire si in gratia Dei vel peccato quis sit. Certe scio me Deum offendisse, sed nescio an peccatum Deus remiserit: Quis caput leuare audeat? Quis in terra confusus & humiliatus non erit? Hincque ait Sanctus Gregorius:

Ut vnam gratiam certam habeamus, scilicet humilitatem. Licet timor & dubitas hæc quam Deus nobis reliquit molesta esse videatur, & certum nobis non sit, an eius amici vel hostes simus; tamen & hoc gratiæ & misericordiæ eius adscribendum, quod nobis id valde conducit, ad humilitatem parandam, & conservandum, ad neminem contemnendum, ob multa, quæ commisit, peccata. Oh, ille forsitan, qui plus criminum me commisit, iam eorum veniam impetrauit & in Dei gratia est, ast ego nescio an sim. Quod nobis calcarium loco est ad benefaciendum, & nihil negligendum, sed vsq; cum timore viuendum & coram Deo cum humilitate ambulandum, veniam & misericordiam petendum, ut suadet sapiens: *Beatus homo, qui semper est pauidus.* Et, *De propiciato peccato noli esse sine metu.*

Eccl. 9. 1.

1. Cor. 4. 4.

1. Cor. 13. 1.

Gregorius.

Prou. 28. 14.

Eccl. 5. 5.

metu. Multum energiae habet haec peccatorum consideratio, ad nos vilipendendum, & humiliter viuendum, & vsque subterram deiciendum, & multum sane in ea negotii ponendum, vt penetretur & ad praecordia vsque examine-
tur.

Si pedem figamus in consideratione effectuum & incommodorum, quae in nobis operatur peccatum veniale, quam copiosam & vberem materiam nos humiliandi & contemnendi reperiremus? Quae per peccatum natura corrupta sit, patet, quod tanquam lapis pondere suo inclinatur deorsum labi, & per peccati venialis infectionem, viuacissimam inclinationem ad terrena, quae nos tangunt, habemus, & quasi mortui ad spiritualium & diuinorum delectationem sumus. In nobis imperat, quod parere aequum erat, & pareretur, quod imperare decebat, & eo miseriarum deuenimus, vt sub corpore & cute humano tegantur bruta desideria, & corda ad terram vsque inclinentur. Prauum est cor omnium & inscrutabile, quis cognosceret illud? Quis malitiam cordis humani pernoscat? Quantoque magis huc murum suffodias, tanto maiores abominationes inuenies, vt in figura Ezechieli ostensum fuit. Si ergo culpas nostras praesentes animo peruoluamus, multum hic earum copiam reperiemus, hoc enim est, quod ex nostra messe colligimus. Quam volubiles sumus linguae, quam in cordis custodia negligentes? quam in bono proposito instabiles? quam proprii damni & commodi amici? quam cupidi appetitui nostro obsequendi: quam amoris, voluntatis & iudicii proprii pleni? quam vitae in nobis sunt passiones? quam integrae prauae inclinationes? & quam ab illis impellimur? Valde recte ait Sanctus Gregorius in illa verba Iob. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam: iure & recte hominem frondi conferri, vt enim haec mutatur & agitur omni vento sic & homo tentationis vento vertitur & mutatur: aliquando turbat illum ira, aliquando inanis gloria aliquando trahit*

Ezech. 8. 8.

illum appetitus auaritia & ambitionis aliquando luxuria aliquando extollit superbia aliquando deprimat pavor & timor inordinatus. Hincque etiam dicebat Isaias: *Cecidimus quasi folium uniuersae & iniquitates nostrae quasi ventus absorberunt nos: constantia non est nec stabilitas in virtute nec bono proposito. Vberem sane nos humiliandi & confundendi materiam habemus, idque non solum si mala & peccata nostra inspiciamus sed & si opera, quae nobis bona videntur, examinemus, satis materiae ad nos humiliandum inuenire erit, ob defectus & imperfectiones, quas iis miscemus, secundum eiusdem Prophetae sententiam: *Facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi menstrua vniversa iustitia nostra.* De quo alibi, & ideo non plura hic.*

CAPVT VIII.

Quo modo nos in propria cognitione exerceri oporteat, ne animo cadamus & desperemus.

TANTA nostra miseria est, & tantoperimus, quae nos ad humiliationem merito prouocare debeant; vt videamus magis indigere, vt quis nobis animum addat, & erigat, ne animum perdamus & desperemus, quam ad nostri cognitionem nos exhortetur. Idque tam verum est, vt Sanctis & spiritualis vitae magistris doceant, tam profunde & alte in cognitionem miseriae & fragilitatis nostrae penetrare nos debere, vt ibi non subsistamus, ne anima in diffidentia & desperationem cadat, videns se tantis miseriis exposita, & in bonis propositis tam instabilem esse: sed vt longius progrediamur ad bonitatis Dei cognitionem, & ei plane fidamus. Quare S. Paulus monet, tantam non esse debere eius tribulationem, qui peccauit, vt causa sit pusillanimitatis & desperationis. *Ne forte abundantia tribulationis eius absorbeatur, qui eius modi est sed*

moderata tristitia esse debet, & spei veniam consequendi permista, ob oculos posita Dei misericordia, & nō solum subsistendo in sola peccati eiusque grauitatis & turpitudinis consideratione. Hinc dicunt non nobis in nostrā misertē & fragilitatis cognitione subsistendū, ne animū despoemus & desperemus; sed profundius in nostri cognitione penetrandū, vt nobis dissidendo, eo quod ibi nullū certum sit auxilium, cui innitatur, oculos statim in Deū figamus, & ei fidamus, hęcque ratione non solum non animo cademus, sed potius animum sumemus & confirmabimur. Quod enim te respiciendo facit ad animum demēdum, faciet Deum respiciendo ad cōfortandū, & quo plenius fragilitatem tuam cognoueris & tibi ipsi diffides, tanto fortior & robustior ad omnia eris Deum intuendo, & in eo confidendo, & omnem fiduciam in eum coniciendo.

Sed mouent hic Sancti de magni ponderis negocio. Vt subsistendum nobis nō est in miserie & fragilitatis nostrę cognitione, ne in diffidentiam & desperationem cadamus; sed longius ad bonitatis, misericordie & liberalitatis diuinę cognitionem perueniendum, & illis plane innitendum; sic etiam hic non sistendum esse, sed statim oculos retorquendos in nos ipsos, & fragilitatem nostram. Si enim in bonitatis, misericordie & liberalitatis diuinę cognitione persisterimus, & nostri obliuiscamur, magnum hic subest periculum ne in pręsumptionem & superbiam incidamus. Nimia enim nobis nostri fiducia subreper, & in ea circumspectio & timore non erimus, quo opus habemus, quod magnum precipitium, radix & principium magnę & horribilis ruinae. Quot hic spirituales, & qui ad cęlum vsque orationis & meditationis exercitio se extollere videbantur, se hinc precipitarunt! Quot vere Sancti & magni hinc miserabiliter ceciderunt: quod sui obliuiscuntur, quia nimis securi erant fauoribus cęlo receptis. Nimirum fidebant, & nullum sibi

amplius imminere putabant periculum; hęc causa tam miserandi casus fuit. Ple-ni similibus ruinarum sunt omnes libri. Dicit Sanctus Basilius, causam enormis casus Regis Dauid in adulterium & homicidium fuisse pręsumptionem, quam habuerit à Deo visitatus tam abundanti consolatione, vt dicere auderet: *Ego dixi in abundantia mea, non mouebo in aternū.* Paulisper expecta, subtrahet Deus parumper manum, & fauores hic cessabunt, & insolite oblationes, & videbis, quid fiet: *Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Deus te in tua paupertate deseret, & habebis tuam, & malo tuo disces, postquam cecideris quod ante nosse noluiisti, quando te suo Deus fauore prosequeretur & visitabat. Similiter causa casus & negationis Apostoli Sancti Petri dicit idem Sanctus Basilius fuisse, quod pręsumpserit, & nimis sibi confidit: *Etiā si oportuerit me mori tecum; non te negabo, & si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor.* valde pręsumptuose dicebat, ideoque permisit Deus illum cadere, vt se humiliaret & cognosceret.

Nunquam à nobis ipsis oculi auertendi, nec nobis putandum nos in hac vita securos esse; sed cogitandum qui simus, & semper cum timore viuendum, semperq; suspicandum ne inimicus ille, quē circumferimus aliquā nobis prodicionem molliatur, & laqueum tendat, quo nos in ruina protrahat.

Sic vt quemadmodum non nobis in fragilitatis & miserie nostrę cognitione persistendum, sed statim ad Dei bonitatis cognitionem progrediendum; sic nec in Dei & misericordie & gratie ipsius cognitione manendum, sed statim ad nos flectendi oculi.

Hęc scala Iacob est, quę ex vna parte terrę cognitionis nostrę affixa est, & altera parte culmini cęli. Hac tibi ascendendum & descendendum est, vt Angeli ascenderunt & descenderunt. Ascende ad diuinę bonitatis cognitionem, & ibi non siste, ne pręsumptio tibi obo-

Basilius.

Psal. 29.7.

Basil. ho. 22.
de humilitate
& in regulis
breuioribus
resp. 81.
Matt. 26.35.

oboriatur; sed iterum descende ad tui cognitionem, & nec ibi subsiste, ne animo cadas & diffidas, sed iterum ad diuinam cognitionem ascende, vt in illum fiduciam conicias. Semper tibi hac scala ascendendum & descendendum est.

*S. Catharina
Senensis c. 67.
dialog.*

Hac ratione isto exercitio utebatur Sancta Catharina Senensis, vt diuersis se diaboli tentationibus liberaret, quas illi diabolus adducebat, vt ipsa in dialogis refert, quod diabolus illam confusione tentaret, nitens illi persuadere, totam eius vitam fraudem fuisse: illa interim se leuabat, & exurgebat in Dei misericordia, cum humilitate dicens: Confiteor Creatori meo omnem meam vitam tenebras fuisse, ipsa vero me abdam in vulneribus Iesu Christi crucifixi, & ipse me sanguine abluit, & sic meae iniquitates confunduntur, & Creatore & Domino meo fruor. Lauabis me & super niuem dealbabor. Dum vero eam diabolus contraria tentatione per superbiam extollere volebat, & suggererebat, quod Deo grata esset, & non amplius ei opus esset se affligere nec amplius defectus suos desferre, illa se humiliabat, & diabolo respondebat: Hei misera mihi! Sanctus Ioannes Baptista nunquam peccauit, & fuit in matris utero sanctificatus, & tamen omni se austeritate & penitentia maceravit. Ego vero tanta peccata commisi, & illa nunquam desueui, nec cognoui, vt debui. Diabolus partim tantam humilitatem, partim tantam in Deo fiduciam non tolerans, illi ait: Maledicta sis tu cum illo, qui te haec docuit, nescio qua posthac te parte aggredi; si enim te confusione deiicio, tu te Dei misericordia erigis, si te extollo, tu infernum vsque te per humilitatem deiicis, & vsque in infernum me persequeris, ideoque illam dimisit, nihil enim nisi damnum sibi referebat. Eodem & nobis modo hoc exercitio vtendum, & partim erimus pauidi & abstinentes, partim fortes & hilares: pauidi de nobis ipsis, & fortes & hilares in Deo. Haec duae illae lectiones sunt, quas

Deus quotidie (vt Sanctus quidam testatur) electis suis dat, prior vt defectus suos posterior vt diuinam bonitatem perceptam habeant, quae tanto amore illos prosequitur.

CAPVT IX.

De magno bono & vtilitate, quam exercitio cognitionis sui reperiuntur.

VT maiori cum animo hoc nostri cognitionis exercitium attripiamus; vltimum fuit aliqua bona & vtilitates inde oriundae in medium adferre. Iam vnum expositum est, videlicet esse fundamentum & humilitatis radicem, & vnicum & necessarium medium ad eandem parandam & conseruandam. Rogatus quidam seniorum patrum, qua ratione quis sibi humilitatem parare posset; respondit: Si quis tantummodo & non alterius mala consideret. Quicumque oculos ab alienis defectibus ad suos conuertit, penetrat & inquirat, sibi quam notissimus, veram talis humilitatem assequetur. Hoc solum sufficebat, vt diligenter hoc exercitio vteremur, quandoquidem tantum nobis interest ad humilitatis virtutem nobis parandam.

Sancti tamen vltius progrediuntur, & dicunt humilem sui cognitionem certioriam viam esse, ad Deum cognoscendum, quam omnium scientiarum maximum exercitium. Haecque ratio est, quam S. Bernardus allegat, haec enim omnium scientiarum & maxima & vtilissima, per hanc siquidem homo in Dei cognitionem peruenit. Hoc dicit S. Bonauentura demonstrari mysterio illo Euangelico, quo seruator noster in caeco nato operatus est, cui luto oculis imposito, visum corporalem dedit, quo se videret, & spirituale visum, quo Deum cognosceret & adoraret. Sic Dominus nos caecos natos per nostri & Dei ignorantiam, illuminat, utrum, &

denati sumus, liniendo super oculos nostros, ut primum incipiamus nos ipsos agnoscere, deinde illuminatorem nostrum credendo proni adorare. Idem Sancta mater nostra Ecclesia nos docere nititur cerimonia illa, qua initio ieiunii quadragesimalis vitur, dicens: *Memento homo quia pulvis es, & in puluerem reuerteris.* Ut homo se cognoscens & Deum cognoscat, & doleat se illum offendisse, & penitentiam de peccatis agat. Sic ut se videre & nosse, & hominē lutum & abiectionem suam considerare, medium sit, ut ad Dei cognitionem perueniatur. Et quo plus & exactius quis vilitatem suam cognoscit, tanto perfectius cognoscat magnitudinem & altitudinem Dei: *Opposita enim iuxta se posita magis elucescunt*, nam album nigro superpositum magis resplendet & cognoscitur. Homo ergo cum summa sit abiectione, Deus vero maxima altitudo, duo extrema contraria sunt. Vnde fit, ut dum quis se perfectius noscit, videns ex se nihil boni habere, prater nihil suum & peccata; magis apparet bonitas, misericordia & liberalitas diuina, quæ se tam demittit & abiicit, ut velit amare & tractare cum tanta abiectione, ut est nostra.

Hinc est, quod anima incendatur & multum inflammetur diuino amore, nam nunquam satis mirari potest, nec Deo gratias agere, quod quamuis homo tam miser & peruersus sit, tamen Deus illum tolerat, & tot beneficiis cumulet. Imo vix aliquando nos ipsos tolerare possumus, quandoque tanta sit Dei erga nos bonitas & misericordia, ut non solum nos toleret, sed & dicat: *Delicia mea esse cum filiis hominum.* Quid d' Domine in filiis hominum tibi inuentum ut dicas delicias tuas esse cum iis esse & conuersari? Hæc causa fuit cur tam frequens apud Sanctos hoc sui cognitionis fuerit exercitium, ut ad maiorem Dei cognitionem & diuinæ Maiestatis amorem venirent. Hoc exercitium & oratio Diuo Augustino visitata: *Deus semper idem, nouerim me, nouerim te.* Hæc oratio

Rodriguez exercit. pars 2.

illa fuit, qua Sanctus Franciscus noctes dieque transigebat: Quis tu? Quis ego? Hac Sancti ad altissimam Dei cognitionem perueniunt: hæc certissima & omnium securissima via ad hoc est, & quæ altius & profundius in tui cognitionem deueneris, tanto magis ascendes & cresces in Dei ipsius bonitatis & infinitæ misericordiæ cognitione, quantoque plus ascenderis & creueris in Dei cognitione tanto plus descendes & crescis in tui cognitione. Lumen enim cælesti abscondita manifestat, & animam etiam illa erubescere cogit, quæ oculis mundi optima videntur. Dicit Sanctus Bonauentura, sicut radiis solaribus domum intrantibus statim apparent atomi; sic & cor radiis gratia illustratum etiam minima videt: ideoque malum & imperfectum iudicat, quod alter tanta luce non illustratus optimum esse ducit. Hoc causæ est cur Sancti tam sint humiles, & se tam parui faciant, & quo sanctiores, tanto se minoris faciant. Quo enim maiori luce illustrati sunt, & maiorem Dei cognitionem habent; tanto perfectius se cognoscunt, & sciunt se ex sua messe nisi nihilum & peccata habere. Et quam exacte se cognoscant, & multos in se defectus videant, tamen semper putant alios & plures esse, quos non vident, & minorem eorum partem sibi notam esse, & illa eorum de se opinio est. Ut enim credant Deum meliorem esse, quam ipsi nosse queant, sic & credant se peiores esse, quam ipsi adsequi possint. Ut enim quantumcumque Deum cognoscamus & intelligamus, eum comprehendere non possumus, sed semper in eo aliud ac aliud restat intelligendum & cognoscendum: sic etiam quantumlibet nos noscamus, & contemnamus & humilicimus, tamen ad fundum miseriarum nostrarum nunquam perungere possumus. Hocque non hyperbole, sed ipsissima veritas est: ut enim homo ex se nil nisi nihilum & peccata habet, quis tantum se humiliare & abiicere poterit, quam duo hæc requirunt.

Bonauentura.

Deligit minima queque animi errata.

Paris nauſea.

De Sancta quadam legitur, quod petito à Deo lumine, vt se posset nosse, tantam in se foeditatem & miseriam viderit, vt ei intolerabilis esset, & Deum rogauerit, dicens: Domine non tantam cognitionem da, alioqui animo cadam. Refert Pater magister Auila, se personam nosse, quae saepius Deum rogabat, vt sibi aperiret, qualis esset. Aperuit illi paululum Deus oculos, quod magno ipsi stetit, tam enim se foedam & abominabilem cognouit, vt magna voce exclamaret: Aufer Domine tua misericordia ex oculis meis speculum hoc, non diutius formam meam intueri queo.

& sui odium.

Hinc etiam nascitur in Sanctis sanctum illud sui odium & horror, de quo supra dictum est quo enim perfectius inmensam Dei bonitatem noscunt & eum amant, tanto se oderunt, vt aduersarios & inimicos Dei, secundum quod dicit Iob. *Quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum grauis!* Vident sibi inesse omnium malorum radicem, propriam videlicet voluntatem & sensualitatem, ex qua omne peccatum emanat, hacque cognitione contra se ipsos insurgunt, & se oderunt. Num tibi æquum videtur illum odisse, qui te fecit deserere & mutare tantum bonum: quale Deus est, vt parua & breui voluptate & delectatione fruereris? Nonne tibi fas videtur eum odio habere, qui te fecit æternam gloriam amittere, & infernum in æternum mereri? Qui tibi tanti mali causa fuit, & adhuc est? Nunquid tibi omni odio dignus videtur? Hic tu ipse es, aduersarius & hostis Dei, aduersarius & hostis proprii boni, & salutis tuæ.

CAPVT X.

Sui cognitionem non pusillanimitatis sed potius fortitudinis & vigoris causam esse.

ALIVD magnum in hoc sui cognitionis exercitio bonum inuenire est,

quod non solum non pusillanimitatis & pauoris causa est, vt forsitan aliquibus videri possit, sed potius magnum animum & fortitudinem ad bonum dat. Ratio huius hæc est, dum quis se noscit, videt in se nihil cui inniti possit, & sibi diffidens, tantam in Deo fiduciam ponit, in quo se fortem & potentem ad omnia reperit. Hinc euenit, vt eiusmodi magna possint tentare & aggredi, & ea ad optatum finem perducere, vt enim totum Deo, sibi vero nihil adscribit, Deus negotium maximum applicat, & suum facit, & in seonus suscipit, & tunc per instrumenta & media debilia exequi vult ille mira & magna. *Ve ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae preparauit in gloriam.*

In debilibus vasis reponere solitus est fortitudinis suae thesaurus, vt tanto magis gloria eius elucescat. Id ipsum est, quod Deus Sancto Paulo dixit, quando tentationibus quasi obrutus clamabat petens ab ipsis liberari, cui Deus respondit: *Sufficit tibi gratia mea: non virtus in infirmitate perficitur.* Corinthiorum 12. versiculo 9. quo enim tentationes vehementiores & infirmitas maior, tanto magis splendet Dei virtus, & se perfectiorem & fortiorem exhibet vt enim medicus amplio rem feret honorem, quo vehementior est morbus & maius agrotantis periculum; sic & quo maior est in nobis infirmitas, tanto maiorem honorem brachium Dei impiois consequitur.

Sic hunc locum exponunt Sanctus Augustinus & Ambrosius. Hinc ergo quando quis se nouit & sibi diffidit, diuina Maiestas auxilio adcurrit & lauat: contra vero, dum quis sibi, suis mediis & diligentis fidit, à Deo deseritur. Hanc docet Sanctus Basilius causam esse, quod saepius festis solemnioribus, dum volumus & cogitamus plus orationi & deuotioni vacare, minus id fiat, quod nostris mediis diligentibus & preparationibus nimium fidamus. Alias vero, dum id minus cogitamus, in magnis dulcedinis benedictionibus præuenimur, vt intelligamus Dei esse

esse gratiam & misericordiam, non nostram diligentiam vel meritum. Ita ut dum quis fragilitatem, & miseriam suam agnoscat, non animo cadit nec timidior fit, sed potius vegetior & fortior redditur, eo quod cogatur sibi diffidere, & omnem fiduciam in Deo collocare. Idque illud ipsum est, quod ait Apostolus Sanctus Paulus: *Cum infirmior tunc potens sum* Hoc est: *Cum humilior, tunc exaltor*. Sicque de-

claratur à SS. Augustino & Ambrosio: Dū me humilio & deicio, & agnosco me nihil posse, & infirmitatem & fragilitatem meam adducito, tunc erigor & leuor: dumque exactius agnosco & video fragilitatem & infirmitatem meam oculos in Deum figens, me robustiorem & alacriorem ad omnia sentio: ipse enim tota fiducia & spes mea est. *Et erit Dominus fiducia eius.*

Ex his intelligere erit, humilitatem non esse, nec ab illa desperationem & pusillanimitates certas oriri, quæ solitæ sunt provenire in nostro profectu, eo quod nobis persuadeamus nunquam nos virtutes parare posse, nec superare peruersam nostram conditionem & inclinationem: alias in officiis & ministeriis, quæ iniungit vel posset iniungere obedientia: vtrum aptus ero ad confessiones audiendas, vel vti missiones ableger, vel ad alia similia. Videtur id humilitatis esse, sed sæpenon est, potiusque ex superbia ortum habet. Conuertit enim quis in se oculos, quasi suis viribus industria & diligentia tale quid valeret, quod in Deum dirigere debuerat, in quo omne nostrum robur & fortitudo est. *Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vita mea, à quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, securgat aduersum me praeliū, in hoc ego sperabo.* Et, *Si ambulauero in medio umbrae mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Quanta verborum diuersitate vnam eandemque re Prophetæ explicat? pleni sunt huius omnes psalmi, ut indicetur affectus & fiducia abundantia, quam ille habebat,

& quā nos habere fas est. *In Deo meo transgrediar murum.* quantumuis altus sit, nihil se mihi opponere poterit, ipse gigantes locustis superabit. In Deo meo leones & dracones inueniam, cuiusque gratia & fauore fortes erimus. *Qui docet manus meas Psal. 17. 35. ad praelium, & posuisti ut arcum arcum brachia mea.*

CAPVT XI.

De aliis bonis & commodis, ex sui cognitionis exercitio oriundis.

IN TER omnia media, quæ ex nobis habere possumus, ut nobis Deus gratiam & dona sua communicet; præcipuum merito est, ut nos humiliemus & fragilitatem & miseriam propriam agnoscamus. Ideo aiebat S. Apostolus Paulus: *Libenter igitur glorior in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* Et Diuus Ambrosius in verbalibus hæc? *Placeo mihi in infirmitatibus,* dicit: *Si gloriandum est Christiano, in humilitate gloriandum est, de qua crescitur apud Deum.* Hæc enim regia via est, quæ eo perducit. Ad hoc probandum adfert Sanctus Augustinus illud Prophetæ: *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est; tu vero perfecisti eam.* Quando creditis Deum pluuiam voluntariam & gratiosam donorum & gratiæ hereditatiuæ, id est, animæ daturum? *Et infirmata est: dum infirmitatem suam & miseriam agnoscer, Deus illam perficiet, & in illam pluuiam donorum voluntaria & gratiosa descendet.* Quo enim pauperes mendicæ paupertatem & vlcera sua misericordibus diuitibus magis aperiunt, tanto magis illos ad pietatem & charitatem mouent, & largiores eleemosynas recipiunt, sic & quo quis se magis humiliat, & se agnoscit, & miseriam magis detegit, quo diuinam misericordiam plus inuitat & mouet ad sibi compatiendum &

Isa 40.29.

condolendum, & maiorem donorum copiam illi communicandum. *Qui dat laxo virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat.*

Sui ignorantia vitiorum plerorumque font.

Vt breui compendio magna bona & commodahuius exercitii complectar, dico ad omnia remedium generale esse sui cognitionem. Ideoque in quaestionibus, quae in spiritualibus colloquiis proponuntur, unde tale quid oriatur, & quod illi sit remediū? fere in omnibus responderi potest, id oriri sui cognitionis defectu, & remedium esse se cognoscere & humiliare. Si enim queras, unde oriatur, quod proximum iudices, respondeo sui cognitionis defectu fieri, si enim in tuum ipsius sinum inspiceres, tot tibi intuenda & plangenda reperies, vt tibi necesse non sit aliena curare. Si queras, quid fiat, quod aspera & morosa verba proximo dicas? dico & hoc eiusdem defectu fieri, si enim te nosces, & te tanquam omnium minimum haberes, & vnumquemque vt superiorem suspiceres, non eo hoc modo alloqui auderes. Si petas, unde nascantur excusationes, querelae & murmurationes hae: Cui hoc vel illud non mihi datur. quare tali ratione tractant? certum est & inde oriunda esse. Si scire velis, qui fiat quemquam plus a quo turbari & tritari, dum tali vel tali tentatione obruitur? vel dum videt se sapientius labi, & ideo illum dolore affici & quasi animum despondere? etiam defectu propriae cognitionis procedit: si enim humilis esses, & cordis malitiam aduerteres, non turbaberis, nec ideo desperares, sed potius obstupesceres, quod peius tibi non contingerit, & in maiora non sis lapsus, & Deum laudares & gratias ageres, quod manu sua, ne caderes te sustentet, quod proculdubio contigisset, nisi ille te retinisset. Ex vitiorum sentina & fonte quid non mali fluere potest: ex tali simeto tales odores sperandi sunt, & a tali arbore tales fructus. In verba illa Prophetae: *Recordatus est, quoniam pulvis sumus*, dicit sanctus Anselmus: Magnum nec mirum est, si ventus puluerem secum ferat & rapiat.

Psal. 102. 14. Ansel. l. de studiis c. 41.

Legimus de P. nostro Francisco Borgia, quod quodam tempore ei proficiscenti in via obuius fuerit quidam nobilis vir, ei amicus, qui aduertens quanta cum paupertate & incommoditate iter faceret, & ei compatiens rogabat, vt maiorem sui curam haberet. Pater hilari & simulato vultu respondit: Hanc pro me sollicitudinem depone, nec cogita tam male mihi prouisum vt putas, certior enim sit, me semper metaorem praemittere, qui & hospitium & omnia necessaria in aduentum meum parat. Quarete vero nobili illo, quis ille esset, quem praemitteret, respondit: Mei ipsius cognitio est, & eius quod mereor consideratio, qui est infernus ob crimina mea, & dumque hac cognitione munitus ad hospitium quantumlibet male praeparatum venio, commodius mihi videtur, quam merita mea exigant.

In annalibus fratrum Praedicatorum refertur de S. Margarita eiusdem ordinis, quod cuidam viro Religioso, pio & spirituali dixerit inter alia, quod sapius Deo supplicasset, vt ostenderet ei viam, quam antiqui Patres ingressi erant, & tam ei placuerat, vt tot dona & gratias de ipsius manu accipere mererentur: Et quod quadam nocte dormienti apparuerit liber aureis characteribus conscriptus, & statim audierit sibi dicentem vocem: Surge & lege, quod surrexerit, & pauca verba, diuina tamen & caelestia legerit. Haec seniorum patrum perfectio fuit, Deum amare, seipsum contemnere, neminem spernare nec iudicare. Et statim liber euauit.

CAPVT XII.

Quam expediat nos cognitione propria exerceri.

EX dictis facile erit intelligere, quam expediat nos nostri cognitione exerceri. Rogat Thales vnus sapiens Graecus, quod inter omnia naturalia esset scitu difficillimum, respondit hominem se posse nosse. Amos. 3. 6. n. quem in nos habet? tunc est, vt cognoscatur.

ne hanc impediatur; & hinc etiã celebre illud veterum dictum: *Nosce te ipsum*. Et alterum: *Tecum habita*. Verum extraneis omiffis ad nostros veniamus, qui doctiores huius scientiã magistri sunt. S. S. Augustinus & Bernardus dicunt hanc sui cognitionis scientiam altissimam & vtilissimam esse omnium scientiarum, quã ab hominibus inuentã sunt. Magni faciunt (dicit S. Augustinus) homines scientiam de celo & terra, astrologiam, cosmographiam, scientiam de cœlorum motu, cursu planetarum, eorum proprietatibus & influentiis: sed se nosse maior & altior his scientia est: illã inflant & vanos homines reddunt; hæc ædificat & humiliat. Quamobrem sancti & spiritualis vitæ magistri iubent nos multum hoc exercitio occupari, & abusum arguunt aliquorum, qui leui brachio suorum defectuum cognitionem percurreunt, & diutius occupantur deuotorum meditatione, eo quod in his oblectationem inueniant, & in defectum & errorum suorum examine non delectentur, quod nefas arbitrentur sibi non placere, vt turpis aliquis, qui se in speculo considerare non audet. S. Bernardus loquens in Dei persona ait: *O homo si te videres, tibi displiceres, & mihi placeres: sed quia te non vides, tibi places & mihi displices. Veniet tempus, cum nec mihi nec tibi placebis: mihi quia peccasti: tibi quia in æternum ardebis.*

De hoc agens S. Gregorius dicit aliquos esse, qui dum Deo seruire incipiunt & aliqua ex parte virtutem colere, statim sibi boni & sancti videntur, & tam fixos habent oculos in bono, quod faciunt, vt penitus peccata & mala præterita obliuiscantur, vt & subinde præsentia, tam enim in boni consideratione detinentur, vt non aduertant nec videant multa mala, quã faciunt. Contra vero agunt boni & electi, nam vt vero virtutum & bonorum operum pleni sunt, semper oculos in malum conijciunt, & imperfectiones & defectus suos considerant. Et facile videre est, quantum inter vos & alteros interfit, nam hi mala

sua considerantes bona & magnas virtutes, quas possident, conferuant, & in humilitate permanent: mali vero bona sua intuentes eadẽ perdunt, nam superbiunt in illis & euanescent. Sic vt boni malis suis commodum & rem faciant, mali contra bonis suis malum & damnum sibi adferant, quod iis male vtantur. Vt in cibis euenit, qui quamuis salubres & boni sint, si quis eis vtatur sine modo vel ordine, morbum sibi accerset: & contra si quis viperino veneno certa commixtione & temperie vtatur, erit ei tharaca & salubris. Et dum diabolus tibi suggerit (dicit S. Gregorius) bona, quã egisti, vt te magnificas & superbias, opponit illi tua mala, in memoriam peccata reuocans. Vt D. Paulus faciebat, qui ne extolleretur & euanesceret magnis suis virtutibus, eo quod in tertium vsque cœlum raptus esset, & altis ibi habitis reuelationibus, dese dicebat: *Qui prius blasphemus fui, & persecutor & contumeliosus, & ideo non dignus vocari Apostolus, quia Ecclesiam Dei persecutus sum. Quod optimum & antidotum contra hanc tentationem.*

In verba illa, quã Archangelus Gabriel Prophetæ Danieli dicebat: *Intellige filii hominis*; dicit S. Hieronymus, quod sancti illi Prophetæ Daniel, Ezechiel & Zacharias iam sibi videbantur esse inter Angelorum choros, propter magnas & continuas reuelationes, quas habebant: & vt propterea se non extollerent, euanescerent & superbirent, cogitantes se iam Angelicam naturam vel superiorem induisse, monet illos Dei nomine Angelus, vt naturæ suæ fragilitatem & debilitatem recordentur, vocans eos filios hominum, vt nouerint se fragiles & miseros homines esse vt ceteros, & se humiliant, & se pro eo habeant, quod sunt. Plurima in sacris & prophanis historiis exempla occurrunt Sanctorum & illustrium virorum, Regum, Imperatorum & Pontificum, qui hoc medio vsi sunt ad humilitatem conseruandam & non superbiendum.

Memoria delictorum damonē fugat.

Sancti ne extollantur humiliantur. Dan. 8. 17. Hieronymus.



*Contemptus
ſui.
L. 4. c. 1. vita
P. Franciſci
de Borza.*

De Patre noſtro Franciſco de Borza legitur, dum adhuc Gandiæ Dux eſſet, quod quidam vir ſanctus ei author fuerit, quod ſi in Dei ſeruitute proficere vellet, nullus ei dies abiret, quo non aliquid mente volueret, quod ad propriam confuſionem & contemptum faceret. Quod conſilium tam auide arripuit, vt ab eo tempore, quo ſe ad orationis mentalis exercitium dedit, duas primas diei horas in ſui cognitionem & contemptum impenderit, quid quiſque legerit, audiuerit vel viderit, totum ad ſui deiectionem & confuſionem applicauerit. Habebat præterea aliud deuotionis genus, eratque huiusmodi, quod quotidie ſimulatque cubitu ſurgebat, genua flecteret, terque terram oſcularetur, vt meminifſet ſe terram & puluerem eſſe & in puluerem vertendum. Quid vero hinc commodi tulerit, ſatis apparuit, quandoquidem tantum nobis humilitatis & ſanctitatis exemplum reliquit. Obſeruemus ergo nos hoc conſilium & id ſemper cuſtodiamus, nulla nobis dies abeat, qua aliquam orationis partem non conſumamus aliquid cogitando, quod ad noſtram confuſionem & contemptum faciat. Et ne ceſſemus, ne hoc exercitium ſuperſedeamus, donec ſentiamus, animam noſtram impreſſum interiorem noſtri contemptum & vilipendenciam, & confuſionem & erubeſcentiam coram diuina Maieſtate, intuentes noſtram abiectionem & miſeriam. Valde enim nobis eſt id neceſſarium, nam tanta noſtra eſt ſuperbia, & inclinatio, vt magni ſimus & æſtimemur, niſi quotidie hoc exercitium vtamur, in ſingulas horas nos ſupra nos eleuatos inueniemus, vt ſuper ſuperaquam, leuiores enim & inanioreſ ſubere ſumus. Semper neceſſe hunc tumorem & ſuperbiam reprimi, quæ in nobis oritur, aſpicientes turpitudinis noſtræ & abiectionis pedes, vt hac ratione vanitatis & ſuperbiæ rota diſſoluatur. Recordemur Euangelicæ illius parabole de ficu, quam Dominus excindi volebat, eo quod iam tertium annum fru-

ctum non feciſſet. Dicebat hortulanus domino, vt illum hoc anno permitteret, promittens ſe foſſurum & ſtercus additurum, & ſi ſic fructum non ferret, tunc excinderetur. Tu ergo ficam & ſterilem animam tuam ficum ſode, & ſtercus peccatorum tuorum & miſeriarum, quo abundat, adde, & ſic fructum faciet & fertilis fiet.

Vt maiori animo quis hoc exercitium colat, & nemo occaſionem illud omittendi ob falſas aliquas impreſſiones capter; duo hic notanda ſunt. Prius ne quis cogitet hoc exercitium tantum incipientium eſſe, cum & veterum & valde perfectorum virorum ſit, cum videamus id ab illis, imo & ab Apoſtolo S. Paulo uſurpatum. Poſterius eſt, quod intelligendum, hoc exercitium non macerum obnoxium nec melancholicum eſſe, nec adferre turbationem & inquietem, ſed potius multam pacem & quietem, ſanctificationem & hilaritatem, quantoſcunque etiam in ſe quis defectus & errores cognoſcat, qui intus ſe etiam tam petuerſum depræhendat, vt omnes illum oderint & contemnant. Dum enim cognitio hæc ex vera humilitate procedit, pœna illa & contemptus cum quadam ſuauiſſime & delectatione aduenit, vt nollet ſine illa homo eſſe. Aliæ illæ anxietates & pœnæ, quas quidam attendentes ſuas imperfectiones & defectus ſentiant, tentationes diaboli ſunt, qui partim eis nititur hominibus perſuadere ſe humilitatem habere, partim vellet, ſi poſſet, vt homines Deo diſſiderent, & ſuo ſe ſeruitio manciparent.

Si in fragilitatis & miſeriæ noſtræ cognitione nobis ſiſtendum foret, ſatis nobis cauſæ eſſet triſtandi & deſperandi, ſed non hic figendus pes eſt. Sed ſtatim ad diuinæ bonitatis, miſericordiæ & liberalitatis conſiderationem tranſeundum, in quo aduertendum quam nos deſideret, & quanta pro nobis paſſus ſit, hicque omnis fiducia figenda. Sicque quod occaſio puſillanimitatis & triſtitie futurum erat, ſi nos reſpiciamus, iuuat

*Oſculatur
terram quo-
tidie ter P.
Borza.
Lib. 4. c. 4.*

*Neceſſitas
humilitatis.*

Luc. 13. 6.

ad nobis animum addendum & confortandum, & causa est maioris hilaritatis & solatii, si Deum adspiciamus. Si quis se intuetur, nihil videt nisi quod deplorandum est; si Deum respiciat, in eo confidit, nec timet ab eo deseri, quantalibet etiam in se animaduertat imperfectiones & miseras. Diuina enim bonitas & misericordia, in quam oculos & cor fixit, infinitis partibus omnia hæc excellit & superat. Hacque consideratione, quæ altis ipsis in visceribus radices egit, sibi tanquã fractæ arundini niticellat & Deo semper nititur & fidei, secundum illam Prophetæ Danielis sententiam. *Nequo enim in iustificationibus nostris prosterminimus preces ante faciem tuam, sed in miseracionibus tuis multus.*

CAPVT XIII.

De secundo humilitatis gradu: Declaratur in quo consistat iste gradus.

SECUNDVM humilitatis gradum dicit S. Bonaventura esse, desiderare aliquem parui fieri. *Amā nesciri, & pro nihilo reputari.* Desiderare à nemine sciri, & estimari, & ab omnibus pro nihilo haberi. Si in primo humilitatis gradu benedicti essemus, tum ad secundum propius accessissemus. Si nos ipsos parui faceremus, non nos pigoret ab aliis parui fieri, & potius ideo lataremur. Idne manifestius videre lubet? (dicit S. Bonaventura) Omnes natura in id propendemus, si videamus alios eiusdem nobiscum esse opinionis, & idem nobiscum sentire. Quod si ita se res habet, cur non gaudemus alios nos vilipendere? Scis quare? quia nos ipsi nos non vilipendimus, nec hæc opinio nostra est. S. Gregorius in verba illa Job: *Peccauit, & vere deliquit, & ut eram dignus, non recepi.* dicit, plurimos esse qui ore quidem profiterentur se tales vel tales esse, & tamen ipsi id non credunt, dum enim alii idem dicunt, vel etiam minus, ferre nequeunt.

Huiusmodi, dum de se mala dicunt, vera non dicunt, sic enim in animo suo non sentiunt, vt sentiebat Job, dum diceret: *Peccauit & vere deliquit & Deum offendi, & non me secundum merita puniuit.* Job hoc vere & ex animo dicebat, illi vero solum ore & exterius se humiliant, intus tamen humilitatem nullam habent, humiles quidem apparere, sed non esse volunt; si enim id vere vellent, non tam ægre ferrent se ab aliis reprehendi, & de aliquo errore notari, nec se tam excusarent & defenderent, nec se turbarent, vt turbantur.

Refert Cassianus ad Abbatem Serapionem accessisse quendam monachum, qui habitu, gestu & verbis magnam præ se humilitatem & sui contemptum ferebat, & nunquam de se malum dicere cessabat, quod magnus erat peccator & peruersus, indignus communi aere frui, nec à terra ferri: non volebat nisi humi sedere, multo minus permittere, vt lauerentur ipsi pedes. Abbas Serapion post mentem secundum consuetudinē suam cepit de rebus spiritualibus agere, in quibus & monachus partem habebat, nam bonum ei consilium dedit, & magna cum charitate & mansuetudine suauit, quando quidem iuuenis & fortis erat, in cella sederet, & manibus ad parandum victum operaretur secundum monachorum regulam, & ne otiosus per aliorum cellas vagaretur. Tam grauitè hanc admonitionem & consilium tulit monachus, vt dissimulare nequiret, sed exterius & in facie indignationem ostenderet. Quare ei dixit Abbas Serapion: *Quid hoc est fili, quod hæcenus tanta de te ipso mala dixisti, & tot ignominias & dedecora, & nunc vnica admonitione, quæ tam est sincera, nec aliquam contumeliam & iniuriam in se habet, sed potius magnam charitatem & amorem, tam indignaris & commoueris, vt tegere & dissimulare nequueris? Sperabasne forsitan tanta de te ipso mala dicendo à nobis te auditurum illam Sapientis sententiam: *Iustus prior est accusator sui?* *Trom. 18. 17.**

Vole-

Cassian. col. lat. 18. c. 11. Monachus se coram aliis contemnit. & vniam monitionem ab Abbate non potest ferre.

Gregorius.
Humiliant se
aliqui ex su-
perbia.

volebamus, vt te laudaremus, & pro iusto haberemus? vbi & S. Gregorius ait, id esse quod nostra hypocrisis & ficta humilitate ambimus, & id quod humilitas videtur, magna est superbia. Sapius enim nos humiliamus, vt ab hominibus laudemur, & boni & humiles habeamur. Si fides non se habet; quæro à te, cur dicas, quod alios non vis credere? si ex animo & vere dicis, optandum tibi vt & alii credant & te talem æstiment, si id non optas, aperte demonstras, quod hoc ipso nolis humiliari, sed magni fieri & æsti-

Eccles. 19. 23.

Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo & superbia. Quæ enim maior fraus potest excogitari, quam per humilitatem velle ab hominibus honorari & æstimari? & quæ maior superbia, quam humilem velle haberi? Appetere de humilitate laudem humilitatis, non est virtus, sed subuersio, dicit S. Bernardus.

Bern. serm.
16. super
Cantica.

Quid peruersius quidue indignius, vt inde velis videri melior, vnde videris deterior? Ex malo, quod de te dicis, vis bonus videri, & talis haberi, quid indignius & rationi magis absonum? S. Ambrosius

Ambros. l. 7.
epist. 44.

idem arguens ait: Multi habent humilitatis speciem, sed virtutem non habent: multi eam foris prætentant, & intus impugnant.

Superbus
vult magni
fieri.

Tanta nostra est superbia & propensio vt magni fiamus & æstimemur, vt mille vias excogitemus, & mille modos ad eo perueniendum inuenemus: aliquando directas, aliquando indirectas, semper tamen id expetentes, vt existimationi nostræ consulatur. Dicit S. Gregorius superbis proprium esse, dum sibi persuadent aliquid se bene dixisse vel fecisse, eos qui audierunt vel viderunt, rogare, & defectus iis exponant, vt eos sic laudent. Videntur se externis humiliare, dum petunt defectus suos exponi, sed non hoc humilitati sed superbiæ adscribendum, hoc enim pacto laudem extorque conantur. Alias quis factum suum vituperat, & dicit sibi in eo non factum

Greg. l. 26.
moral. c. 1.
Idem Bonau.
de Informa-
tione nouit.
c. 8.

Contemnit
se superbus
vel errores
petit suos vt
laudetur.

fatis, vt sic eliciat, quod alter pectore conditum gerit, & vellet se ab eo excusari, & sibi dicere: Non male sane sed optime dictum vel factum fuit, non est, quod tibi hic non satisfactum credas: hoc est, quod alter volebat.

Hanc humilitatem pater quidam grauis & spiritualis nominabat humilitatem incuruam. Hoc enim hamo ab alio elicere vis, vt te commendet. Concionatus quis putat sibi concione sua factum satis, & ab altero quærit, in quo errauerit vel defecerit: ad quid huiusmodi fictiones & hypocrises? nullos errores vel defectus fuisse credis, nihil aliud petis, quam vt concionem laudent, & eundem tecum sint opinionis, quod labenter audis, & si quis alter sincere aliquem errorem indicat, non ardet tibi hominis iudicium, sed tua potius defendis, & sapius euenit, vt illum iudices, qui errorem indicauit, & non tanti ingenii & iudicii esse affirmes, vt hic recte iudicare posset, eo quod errorem dixerit, quod tu certum duxisti. Totum hoc superbia & arrogantia est existimatio, quam inde ficta humilitate elicere cupis. Alias dum errorem tegere non possumus, illum sincere confitemur, vt si errore honore excidimus; humili confessione recuperemus. Alias (dicit S. Bernardus) errores nostros exaggeramus, & plus æquo amplificamus, vt alii hoc videntes credant fieri non posse, vt tanti sint, & nullum dei errorem esse sibi persuadent, & totum humilitati adscribunt, & sic exaggerando & plus iusto amplificando volumus tegere id, quod est. Sicque infinitis industriis & technis velo humilitatis conamur superbiæ nostram tegere & simulare.

Et hic obiter videbis (dicit S. Bernardus) quam preciosa & excellens res sit humilitas, & quam vilis & abiecta sit superbia. *Gloriosa res humilitas, qua quoque superbia palliare se appetit, ne uideatur. Aduerto quam alta & gloriosa humi-*

CAPVT XIV.

De quibusdam gradibus, quibus ad perfectionem secundi huius humilitatis gradus nobis ascendendum.

QVANDO QUIDEM secundus hic humilitatis gradus omnium eorum, quæ in hoc huius virtutis sunt exercitio, difficillimus est ut in actum deducatur; eum, ut Sancti quidam diuidunt, in quatuor gradus vel partes diuidemus, quo sic paulatim, & quasi passibus enumeratis ad humilitatis perfectionem ascendamus, quod secundo hoc gradu requiritur. Prima pars est nolle ab hominibus honorari & æstimari, ut potius fugere, quicquid honos vel æstimatio dicitur. Pleni sunt libri exemplorum de Sanctis, qui tantum aberant, ut vellent magni fieri & honorari in mundo, ut honores & dignitates fugerent, omnesque occasiones ut capitales hostes auersarentur, quibus honorem & æstimationem apud homines adipisci possent.

Huius primum se prototypum dedit Christus Seruator noster, qui fugit, cum intelligerent, quod eum vellent Regem eligere, post celebre illud miraculum, quo quinque panibus & duobus piscibus quinque hominum millia satiauerat: non quod periculum aliquod illi timendum esset in quacunque etiam altissima dignitate, sed ut nobis exemplum daret. Similiter dum sanctissimi corporis sui gloriam in mirabili sua transfiguratione tribus discipulis manifestauerat, iubebat ne cui dicerent, nisi post mortem & gloriosam resurrectionem suam: dumque cæcis visum daret, & alia miracula faceret iubebat ut illa celarent, ut nobis exempla daret, honores æstimationemque hominum fugiendi, ob manifestum periculum in eo situm, ne superbiamus & perdamur.

Anselm. lib. de similitud.

Gradus humilitatis quatuor. I.

Christus honores fugit. Ioan. 6. 15.

Matt. 9. 30. Marc. 7. 36.

humilitas, qua se etiam ipsa superbia munire & tegere nititur: & quam vilis & erubescenda superbia, quandoquidem vultu aperto prodire non audet, sed solum velata & tecta humilitatis velo. Quam erubesceres & verecundareris, si alius sciret, te laudari & æstimari velle? Te enim pro superbo haberent, qui est omnium infimus gradus, in quo esse posses, ideoque superbiam tuam humilitatis signis tegere conaris. Quare ergo esse vis, quod apparere erubescis. Si erubesceres alios scire, te velle laudari & magni haberi, cur non erubescis idem velle malum enim in eo, quod tu id velis, non quod alii sciant te id velle, situm est. Etsi erubescis homines id scire, quare non erubescis Deum id scire, qui id videt & intelligit: Imperfectum medium viderunt oculi.

Hoc totum nobis accedit, quod primo humilitatis gradu non bene fundati sumus, & tam procul à secundo sumus. Necessè rem hanc à suis principiis exordiri: ante omnia opus miseriam & nihilum nostram agnoscamus, & ex profunda nostri cognitione extrahendus abiectus nostri sensus & contemptus & vilipendètia, qui est primus humilitatis gradus: & ab hoc ad secundum ascendendum. Sic ut non sufficiat, quod te contemnas, quod te parui facias, quod malum de te ipso dicas, quamuis id vere & ex animo fiat; sed eo usque perueniendum, ut lateris alios idem de te sentire, quod tu de te dicis & sentis, & te vilipendete & contemnere. Dicit S. Ioannes Climachus humilem non esse, qui se abijcit & de se malum dicit. Quis enim est, qui se non toleret? Sed ille humilis est, qui in pace lætatur se contemni & male ab alio haberi. Bonum est quempiam semper de se malum dicere, quod sit superbus, piger, impatiens, negligens: præstare tamen hoc reseruare, donec alius diceret. Si petis idem alios sentire, & in ea tecum esse opinione, & lætari ista audire, dum sese occasio offert; hæc tandem vera est humilitas.

Rodriguez exercit. pars 2.

p. 1. l. 7. c. 5.
Chron. ord.
S. Francis.
S. Agidius
in terram se
conijcit post
lapsum Ge-
neralis sui ne
extollatur.

Gerson. ferm.
de humilit. in
cana Domi-
ni.

17.
Anselmus.
Adversa pa-
tienter ferre.

Eccles. 1. 4.

Humilitas
torrenti simi-
lis.

In Chronicis Minoritarum legitur. Quod frater Agidius audiens casum fratris Eliae, qui fuerat Minister generalis ordinis, & vir doctus, & tunc temporis erat apostata & excommunicatus, eo quod Frederici secundi Imperatoris Ecclesiae rebellis partibus accessisset; in terram se deiecerit, & illi se firmiter applicabat; & rogatus, cur id faceret? responderit: Volo descendere quantum possum, hic enim cecidit, quia ascendit. Ad propositum adfert Gerson fabulam illam, quam poeta fingunt de Antheo gigante terrae filio, qui cum Hercule dimicans, quocumque in terram caderet, novas sumebat vires, nec vinci poterat: quo ab Hercule notato illum alte sustulit, & caput amputavit. Sic (dicit Gerson) diabolus conatur nos laudibus, honoribus & mundi aestimatione extollere, ut nos occidat, & altiore casu cadere faciat. Hinc vero humilis se deijcit in sui cognitionis terram, & timet & tam fugit extolli & aestimari.

Secunda pars & gradus est (teste Anselmo) ut patitur contemptibiliter se trahi, & dum aliqua sese offert occasio contemptus & abiectiois, illam aequo animo ferre. Iam de eo non agimus, ut dedecus & iniurias quaras, & in illis gaudeas & laeteris: de hoc enim post erit dicendi locus & altius & perfectius hoc est. Hoc solum iam dicimus, ut si qua se occasio offerat, qua ad tui contemptum facit, illam patienter feras, si non potes hilariter, secundum illud Sapientis dictum: *Omne, quod tibi applicatum fuerit, etiamsi si delectationi assensualitati contrarium sit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe.* Hoc efficax medium ad humilitatem parandam & conseruandam est; ut enim humana aestimatio & honor superbiae & vanitatis causa est, & ideo Sanctis tam exosa; sic & id, quod ad dedecus & contemptum nostrum tendit, efficacissimum est medium & humilitatem parandam & conseruandam, & in

illa progrediendum. Solitus est dicere S. Laurentius Iustinianus humilitatem torrenti similem esse, qui hieme multas secum aquas trahit, aestate vero pauca, sic & humilitas prosperitate minuitur, aduersitate crescit.

Multa se quotidie in hac re offerunt occasiones, & magnum nobis humilitatis exercitium parare possemus, si illas attente & sollicitate in commodum nostram verteremus. Valde recte dicit Sanctus ille: Quod aliis placebit, progredietur, quod tibi aridet, non item, quod alii dicunt, audietur: quod tu dicis, quasi nihil habebitur: petent alii & obtinebunt, tu petes & non obtinebis. Alii magni in omnium ore erunt, de te nullas mentionem faciet: aliis negocia inuentur, tu contra inceptus habebens: natura hoc dolebit, sed magnum erit, si tu tacendo tolerabis. Quique apud se perpendat, & speciatim per has occasiones discurrat, & inquiret, quomodo in his se habeat. Attende quomodo te habeas, dum quis tibi imperiose & resolute mandat. Attende quam in partem accipias, dum quis te vitij alicuius monet & arguit. Attende qui sentias te, dum superior non videtur tibi multum fidere, sed potius diffidere. Dicit S. Dorothaeus: Quaecumque se harum occasionum offerit, accipe illam ut remedium & medicinam, ad tuam sanandam superbiam, & roga Deum, ut qui tibi hanc occasionem det, & ut medicum animae tuae, & tibi persuadeat, eum qui haec oderit, odisti & humilitatem.

Tertius gradus est, non laetari & delectari, dum ab hominibus laudamur & aestimamur. Hic gradus praecedente facilius est, teste D. Augustino: *Es se laudari, quam facile est, laude carere, aut denegari, difficile est ea non delectari, cum offeratur.* S. Gregorius hoc punctum recte explicat in verba illa Iob: *Si vidi fulgur, & lunam incedentem clavis, & latatum est in abscondito cor meum, & cecus, Iob ea verba adferre, quod in homi-*

num laudibus & æstimatione non læta-
retur, nec vane delectaretur; hoc esse vi-
dere solem cum fulget, & Lunam ince-
dentem clare, arrendere bonam famam
& opinionem, quæ de illo ab hominibus
habetur, & de laudibus eorum lætari, &
delectari. Hanc ergo inter superbos &
humiles differentiam ponit, quod super-
bigaudeant, dum laudantur, & quam-
uis falsum sit, quod de iis dicitur, nihil
enim curant, quales in se & coram Deo
sint, cum ipsis nihil aliud curæ sit, quam
ab hominibus magni fieri & æstimari,
eoque solo lætantur & cristas attollunt,
finem consecuti, quem volebant. Ille
vero qui vere humilis est corde, videns se
laudari & æstimari, se abdit & erubescit,
secundam illud Prophetæ: *Exaltatus au-
tem humiliatus sum & conturbatus*. Dum
exaltarer, magis me humiliabam, & in
maiori eram metu & verecundia. Idque
merito: *Causa enim consideratione trepi-
dat, ne aut de his, in quibus laudatur, & non
sunt, manus Dei iudicium inueniat, aut de
his, in quibus laudatur, & sunt, competens
premiu perdat: & post ipsi dicitur: Reer-
pisti bona in vita tua, seu operum tuorum
mercedem.*

Sic ut ex quo superbi occasionem capi-
unt extollendi & euanescenti, cuius-
modi sunt hominum laudes, ex eodem
humiles occasionem se humiliandi &
confundendi quærent. Hocque illud
est, quod Sapiens ait: *Quomodo probatur
in confatorio argentum, & in fornace au-
rum, sic probatur homo ore laudantis*. Si au-
rum vel argentum falsum sit, igne con-
sumitur, sed si purum est, igne clarius fit
& purius. Similiter & homo laudibus
probatur: qui enim, dum laudatur & æ-
stimatur, se extollit & superbit laudibus,
quas audit; hic bonum aurum vel argen-
tum non est, sed falsum, fornax enim lin-
guæ illum consumit. Qui vero laudes
suas audiens, inde occasionem capit se
humiliandi & confundendi, est aurum &
argentum purissimum, igne enim sua-
rum laudum non consumitur, sed eo pu-

rior & clarius euadit, humilior enim &
abiectior eo effectus est. Hoc ergo si-
gnum obserua, quo cognosces an in hu-
militate & virtute proficias, tale enim
dedit nobis S. Spiritus. Aduerte si do-
leas, dum laudaris & æstimaris, & si ideo
gaudeas & delecteris, & inde videre erit
an aurum vel orichalcum sis.

De Patre nostro Francisco de Boria
legimus, quod nulla re tam afficiebatur,
nisi dum se ut sanctum vel Dei famulum
videbat honorari. Et quodam tempore
rogatus, cur sic cruciaretur animo, quan-
do quidem ipse hoc nec peteret nec pro-
curaret? respondit se timere rationem,
quam ideo Deo reddendam sciret, & sibi
certo persuasum esse se longe alium ab
eo esse: quod idem est, quod de S. Gre-
gorio diximus. Tam & nos in nostri
cognitione fundatos esse oportuit, ut hu-
manarum laudum & æstimationum ven-
ti nos mouere & a nostro nihilo nos sepa-
rare nequeant. Tunc potius magis no-
bis est confundendum & erubescendum
scientes falsas illas esse laudes, eamque
in nobis virtutem non esse, ob quam
laudamur, & tales non esse, quales nos
mundus prædicat, & esse oportebat.

L. 4. c. 1. vita
P. Francisii
de Boria.
Dolet ob lau-
dem P. Boria.

CAPVT XV.

De quarto gradu, qui est, velle con-
temni & vilipendi, ideoque
gaudere.

QVARTVS gradus ad ascendendum
ad humilitatis perfectionem est, ut
quis velit contemni & ab hominibus vi-
lipendi, & dedecore, iniuria & contem-
ptu lætari. Dicit S. Bernardus: *Verus hu-
milis vilis vult reputari, non humilis prædi-
cari, & gaudet de contemptu sui*. Hic se-
cundus humilitatis gradus est, & in eo
perfectio eius sita est. Hincque dicit
humilitatem nardo comparari, quæ est
parua sed tamen odorifera herba, secun-
dum illud Canticorum: *Nardus mea dedit*

IV.
Amor con-
temptus sui.
Bern. serm.
16. super
Cantica.
Humilitas est
nardus.
Serm. 42. su-
per Cantica.
Cant. 1. 13.

n 2 odorem

odorem suum. Tunc enim se spargit odor nardi humilitatis, non solum quando tu te parui ducis, etiam cupis & vis te ab aliis contemni & parui duci.

Humilitas duplex intellectus & voluntatis. Serm. 42. super Cantica.

Notat S. Bernardus duplicem esse humilitatem: unam in intellectu, dum quis se intuetur, & suam aduertens miseriam & vilitatem, & à veritate persuasus, se parui facit, & iudicat se omni contemptu & dedecore dignum. Altera in voluntate est, dum quis ab aliis vult contemni, & cupit ab omnibus contumelia & dedecore affici. Priorem in Christo Seruatore non fuisse ait, nam ipse se contemnere non poterat, nec contumelia & dedecore dignum ducere. *Quoniam sciebat seipsum, & se verum Deum & Patri æqualem esse. Non rabinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens.* Altera vero in eo erat humilitas cordis & voluntatis, magno enim amore, quo erga nos affectus est, voluit se abijcere, & vilis apparere & contemptus coram hominibus.

Ad Philip. 2. 6. 7.

Matt. 11. 29.

Humilitas intellectus in nobis fraudulenta sine voluntatis.

Idcirco dicit ipse: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & voluntate.* Sed in nobis (dicit S. Bernardus) plures humilitates necessariae sunt, prior enim sine posteriore falsa & fraudulenta est. Velle apparere, & talis ab alio haberi, qualis vere es, falsitas & fraus est. Qui vere humilis est, & vere de se humiliter sentit, & se contemnit, & vilipendit, letari debet, quod alii illum contemnant & vilipendant.

Christus exemplum contemptus & contumeliam nobis.

Ad Rom. 3. 8.

Hoc à Christo nobis discendum: Adverte quanto animo, desiderio & quam prompta voluntate nostri amore contemptum & contumelias amplexas sit, ut contentus fuerit se deiecit & exinanivisse factumque hominem serui formam accepisse, cum cœli & terræ Dominus esset, sed & voluerit peccatoris formam & habitum accipere. *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati.* Ut dicit Apostolus S. Paulus. Pec-

catum non assumpsit, eo quod in illum non caderet, sed signum & peccatorum cauterium. Nam ut peccator voluit circumcidi, & inter peccatores & publicanos baptizari, quasi vnus eorum, & minoris quam Barrabas haberi, & peior & vita indignior iudicari. Denique tanto tenebatur desiderio iniurias, opprobria & contumelias nostri amore patiendi, ut diu illi hora illa morari videretur, in qua amore ebrius tanquam alter Noenudus esset, ut ab hominibus iudicaretur. *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum perficiatur: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Desiderio desideravi, ut hæc hæc adsit, qua nihil nisi inaudita opprobria & vituperia, videatur, alape & colaphi ut seruo, dari solita, in faciem conspui ut blasphemus, albis vestibus indui ut stulto, & purpura vestiri ut Regi sicco, & supra hæc omnia flagellas, quæ sunt pœnæ furum & malefactorum, & Crucis tormentum inter latrones, quod tunc temporis erat maxime ignominiosum mortis genus, quod in mundo erat. Hoc erat, quod maximo desiderio præstolabatur Christus Redemptor noster. *Improprium exspectavit cor meum & majorem, dicit eius nomine Propheta, quod gratum quid, & quo delectetur, in quo spes est, & timor in his, quæ tristitiam adferunt.* Et Propheta Ieremias dicit: *Saturabitur opprobriis.* Hanc horam desiderabat, ut saturaretur opprobriis, contumeliis & iniuriis, ut illa, quæ multum esuriebat, & quibus delectabatur, & valde ei sapida & iucunda nostri amorem erant.

Si ergo Dei filius tanto desiderio opprobria & centum alias desiderabat, & tanta oblectatione tulit & nostri amore perpeffus est, licet talia non mererentur non multum videbitur, si nos, qui omni dedecore & vituperatione digni sumus, ipsi amore desideramus tales haberi, quales sumus, & letemur opprobrio & contemptu.

quæ meremur. Quod Apostolus Paulus faciebat, dum diceret: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus in persecutionibus, in angustiis pro Christo.* Et ad Philippenfes scribens, agens de sua captiuitate, petit vt focii sint gaudii, quod habebat, quod illa cathena se propter Christum vinculum videret. Tantam gaudii abundantiam habebat in persecutionibus & laboribus, quos tolerabat, vt lætitiã partiri posset focius, & ideo illos inuitabat, vt gaudii sui participes essent. Hoc lac illud est, quod Sancti Apostoli è Christi vberibus luxerunt. Ideoque de illis legitur: *Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii: quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Gaudebant dum capti ducerentur ante præsidēs & synagogas, & magni beneficii, & gratiæ loco habebant, dignos se esse pro Christi nomine contumelias & iniurias pati.

Hoc post & Sancti imitati sunt, vt Sanctus Ignatius Romam ad martyrium magno dedecore & multis iniuriis ductus, summo cum gaudio ibat & dicebat: *Nun incipio Christi esse discipulus.* Hoc vult nos Pater noster imitari, idque efficacissimis & magni ponderis verbis nobis iniungit. Qui ingredientur Societate & in ea vident, animaduertant oportet, magnificiando summiq; momenti id esse ducendo in conspectu Creatoris & Domini nostri, quantopere iauer ac conferrat ad vitæ spiritualis profectum, omnino & non ex parte, abhorre ab omnibus, quæ mundus amat & amplectitur, & admittere & concupiscere totis viribus, quicquid Christus Dominus noster amavit & amplexus est. Quemadmodum enim mundani homines, qui ea, quæ mundi sunt, sequuntur, diligunt, & quærunt magna cum diligentia honores scilicet, famam magni nominis existimationem in terra, sicut mundus eos docet: sic qui procedunt in spiritu, & seruo Christum Dominum nostrum se-

quantur, amant, & ardent exoptant, quæ iis omnino contraria sunt: indui nimirum eadem veste ac insignibus Domini sui pro ipsius amore & reuerentia; adeo vt si sine offensione vlla diuinæ Maiestatis & absque proximi peccato foret, vellent contumelias, falsa testimonia & iniurias pati, ac stulti haberi ac existimari, nulla tamen ad id data per eos occasione, eo quod exoptant asfimilari ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum.

Hac regula breuiter habetur, quicquid dici potest de humilitate. Hoc est vere relinquere mundum, & quod ei maxime asfine est, videlicet appetitum & desiderium honoris & existimationis: hoc est mudo mortuum, & vere religiosum esse, vt sicut mundani homines honores & existimationem appetunt, & illa diligunt, nos contra appetamus contumelias & contemptum, & de eisdem gaudeamus. Hoc est esse è Societate Iesu, & Iesu socios. Vt ei non solum nomine socii simus, sed & contumelia & contemptu, & eius insignibus induamur, cum ipso & pro ipso à mundo contumelia & contemptu affecti, & de iisdem pio eius amore lætantes & gaudentes. Tu Domine publice malus proclamatus es, & vt malefactor inter latrones suspensus, ne permittes, vt ego bonus proclamem, non n. fas, vt seruus meliore loco habeatur, quam dominus, nec discipulus quam magister. Si ergo te Domine persecuti sunt & contempserunt, persequantur & me, contemnant & contumelia afficiant, vt sic te imiter, & tuus videar discipulus & socius.

Dicebat P. Franciscus Xauerius indignum sibi videri, Christianum, cui semper menti in hætere debent contumeliæ Christo Domino nostro illatæ, delectari, vt ab hominibus honore & veneratione afficiatur.

✠ (:) ✠

n 3

CAPVT

Matth. 10. 24.

L. 2. c. 3. vita
P. Franciscus
Xauerius.

CAPVT XVI.

Humilitatis & reliquarum virtutum perfectionem in eo consistere, si quis earum actus cum delectatione & hilaritate exequatur: & quantum id faciat, ut quis in virtute perseueret.

COMMUNIS Philosophorum doctrina est, virtutis perfectionem in eo consistere si quis eius actus cum hilaritate & delectatione exequatur, dum enim agunt de signis ex quibus nosse datur, si quis virtutis habitum acquisierit, dicant ea esse, si quis virtutis actus faciat *prompte, faciliter & delectabiliter*. Qui artis vel scientiæ alicuius habitum acquisit, maxima cum promptitudine & facilitate eius actus facit. Hincq; videre est, illum, qui musicus est, & musices habitum acquisit, psallere maxima cum promptitudine & facilitate, nec opus separet & cogitet, sed & non præmeditatus optime psallit: similiter ergo virtute actus operatur ille, qui eius habitum sibi parauit. Ideoque si certior esse velis, num humilitatis virtutem acquisieris, aduerte prius nū eius actus prompte & faciliter opereris. nam si repugnantiam vel difficultatē in sese offerentibus occasionibus sentis, signum est, nondū perfecte virtutem tibi paratam esse. Et ut eos ad bonum finē perducas, opus tibi sit preparari & cogitari, bona via est, ad virtutis illius perfectionē parandam, tamen signum, te nondum illam assecutū esse. Ut ille, qui psallat, opus habet cogitare, quo loco ille digitus, & quo alter ponendus, & memor esse regularum sibi datarum, signum & mediū est ad discendum, certum tamen nondum se musices habitum parasse, ille enim necesse non habet his, ut perite psallat. Ideoque recte Aristoteles: *Ars perfecta non do-*

Signum humilitatis amor eius a-
ctuum.

Arist. 3. Ethicor. c. 3.

liberat, tam sibi facilis est actus suus. Qui perfecto alicuius artis habitum assecutus est, tam facile illi est eius actus operari, ut necesse ei non sit cogitare nec deliberare qua ratione illi operandum est, ut recte fiant. Quare philosophi dicunt ex actibus repentinis & non præmeditatis cognosci alicuius virtutem. In repentinis secundum habitum operamur. In iis, quæ multa cum præmeditatione fiunt virtus non agnoscitur, sed in iis quæ repente fiunt.

De hoc amplius dicunt Philosophi. Platarchus tractans qua ratione poterit nosci quādo quis virtutem acquisit, duodecim adfert signa, & vnum eorum, quod dicit positum a Zenone magno philosopho, sit per somnia. Si enim in somno dormis, tibi non occurrit ut pravi motus, nec turpes & inhonestæ imaginationes, vel si occurrant, & iis nulla ratione delectaris, sed potius affigeris, & tentationi & delectationi, quæ tibi in somno aduenit, occurris, quasi vigilares; signum est. Virtutum altas in anima tua egisse radices, & non solum voluntatem rationi subiectam, sed & sensualitatem & imaginationem. Sicut enim equi, qui effecti trahunt, hoc in exercitio bene docti & exercitati sunt; licet effectarius dormiat & fræna laxet, ipsi tamen recta via incedunt sine errore; sic etiam dicit hic philosophus, qui virtutem perfecte adepti sunt, & iam plane animales affectus & appetitus subiugarunt, etiam dormientes viam rectam ingrediuntur. Sicut etiam Augustinus nos idem docet. *Domine per te memores mandatorum tuorum etiam in somno resistimus.* Tanto serui aliqui Dei virtutis affectu tenentur, & desiderio seruandi Dei mandata, & vitia fugiendi, tamque sunt assueti vigilantes tentationibus resistere, ut etiam in somno resistant.

In vita Patris Francisci Xaverii legitur, tanta vi vsus fuisse in quadam nocturna tentatione seu illusione, ut multum sanguinis emitteret. Aliqui sententiam hanc Sancti Pauli: *Sine vigiliis non possumus sine dormiamus, simul cum illis*

mus; sic exponunt vt dicant illum non solum dicere, vt morientes & viuentes semper cum Christo viuamus: quæ est communis expositio; sed feruentibus. Si feruis cum Christo viuendum, non solum vigilando, sed & dormiendo & somniando.

Præterea dicunt Philosophi tertiam conditionem vel signum esse quo noscitur, num quis perfecte virtutem parauerit, quando *delectabiliter* actus virtutis operatur. Hoc maximū signum est, in quo virtutis perfectio sita est. Si ergo scire velis, num humilitatis perfectionem adeptus sis, regulam præcedentis capitis examina, num tam de contumelia & despectu gaudeas, quam mundani de honore & exultatione.

Præterquam quod hoc ad omnis virtutis perfectionem sit necessarium; aliud in eo est quod essenziale est, & plurimum facit, vt quis in virtute duret & perseueret. Quamdiu enim virtutum opera à nobis cum delectatione & iucunditate non sient; difficile fuerit in virtute perseuerare. Sanctus Dorotheus dicit hæc antiquorum patrum fuisse doctrinam: *Solebant patres & maiores nostri firmiter asserere, quidquid animus alacriter non admittit, diuturnum esse non posse.* Posset fieri, vt aliquo tempore silentium obserues, & viuas in modestia & solitudine: tamen donec hoc ex ipsis præcordiis oriatur, & bona consuetudine tibi vt naturalis fiat, indeque id cum suauitate quadam facias, non diu in eo perseuerabis, erit enim vt suppositum & violentum quid & nullum violentum est perpetuum. Hinc magni momenti est, nos virtutum actionibus exerceri, donec plane virtute imbuamur, & illa in corde radices agat, vt illa ex se prouenire, & nobis ingenita esse videatur, quo sic virtutis actus à nobis in praxin cum iucunditate & delectatione deducantur. Hac enim ratione securi & ceteri esse poterimus nos in ea perseueraturos & duraturos. Hoc illud Prophetæ dictum est: *Sed in lege Domini voluntas eius*, Psalmo 1. versiculo 2. Alia versio di-

cit: *Sed in lege Domini voluptas eius.* Beatus vir, cuius omnis voluptas, iucunditas & recreatio est in lege Domini hæc eius delicia & recreationes sunt, hic enim bonorum operum fructum dabit, vt lignum plantatum secus decursus aquarum.

CAPVT XVII.

Planius declaratur perfectio, nobis procuranda, vt secundum hunc humilitatis gradum ascendamus.

SANCTVS IOANNES Climachus aliud *Climachus e. 45. de humilitate.* punctum superiori addit, & dicit quemadmodum superbi tanti faciunt honorem & exultationem, vt sæpe fingant & hominibus persuadere conentur se habere quod non habent, quo plus ab iis honorentur & existimentur, qualia sunt maior nobilitas, ampliores diuitiæ, plures habilitates vel gratiæ, quam habet; sic etiam profundissimam esse humilitatem, vt quis ad tantum perueniat desiderium contemptus & abiectiois, vt ad eo potiendam fingat & persuadeat aliis se iis vitiis infectum, quibus caret, vt sic minoris fiat. Huius exemplum (dicit) habemus in patre illo Simeone, qui intelligens præfectum provincie venire ad illum visendum, vt hominē celebrem & sanctum; in manu sumpsit casei & panis frustum, & ad cellæ ostium sedens, cœpit vt fatuus comedere: quod præfectus videns illum spreuit. Quod illi valde arrisit, hoc ipse enim assecutus est, quod volebat. De aliis Sanctis similia exempla suppeditant historiæ, vt de S. Francisco, qui lutum pedibus calcabat, vt honorem & venerationem fugeret, quæ illum afficere volebant: & de fratre Iunipero, qui eodem fine pueriles lusus cū pueris ludebat. Sancti hi considerabant, mundum filium Dei despexisse, qui est summum & infinitum bonū, & videntes

Climachus e. 45. de humilitate.

Vera humilitas vitii falso sibi obiecti gaudet.

S. Simeon fatuum se simulat.

S. Francisca & Iuniperii contemptū quarunt. 6. p. l. c. 73. Chron. S. Francisca.

mut-

mundum tam mendacem & falsum esse & deceptum, quod tam claram lucem, ut erat Dei filius, non videret, & non honoraret, qui erat verissimus honos; tanto mundum & eius existimationem odio persecuti sunt, & id reiiciant, quod mundus recipit, & id recipiant & ament, quod mundus odit & spernit; ideoque summa diligentia fugiunt ab eo honorari & magni fieri, qui Deum & Dominum suum contempserit, & pro euidenti signo habet se à Christo amari si cum illo & pro illo à mundo contemnantur. Hæcque causa est, ob quam Sancti tam opprobriis, contumeliis & mundi dedecore delectarentur, & omnem mouerent lapidem, ut hunc contemptum assequerentur. Verum quidem est (dicit S. Ioan. Climachus) multa horum S. Spiritus instinctu facta fuisse, ideoque potius admiranda quam imitanda sunt. Quamuis tamen eo quod perueniamus, ut sanctas illas stultitias opere non perficiamus, tamē illi amore nobis imitandi sunt & desiderio, quod habebant, ut despectui & risui haberentur.

Quem videt mundus hunc amat Deus.

Diadoc. l. de pers. spi. e. 95.

S. Diadocus ultra progreditur, & dicit duo esse humilitatis genera, *unum mediocrium, alterum perfectiorum*. Prior mediocrium humilitas est, qui proficiant, tamen adhuc in pugna sunt, & impugnantur à cogitationibus superbiæ & malorum moruum, quamuis Dei gratia conentur illis resistere, & repellere se humiliando & confundendo. Altera humilitas perfectorum est, fitque dum Dominus tantam lucis, tantam & sui cognitionem alicui largitur, ut videatur sibi non se posse superbiere, nec illi cogitationes superbiæ & elationis posse aduenire. *Tunc anima velut naturalem habet humilitatem*: & quamuis magna faciat, tamen ideo non se extollit, sed se tanquam omnium minimum reputat. Hocque inter duo hæc humilitatis genera discrimen est, quod prius cum aliquo dolore & tristitia vulgariter coniuncta est, ut qui de seipsis perfecta non sunt potiti victoria, sed adhuc in se aliquam contradictionem sentiunt, hæcque tristitiæ & dolo-

ris causa est, dum humiliationis & contemptus sese offert occasio, & quod facit ut cum lætitia non ferat, quamuis cum patientia fiat: intus enim aliquid sentit, quod resistat, eo quod plena de passionibus non sit potitus victoria.

Posterior vero humilitas dolorem & tristitiam adiunctam non habet, sed potius magnam lætitiā, modo hac cum confusione & verecundia ante Deum compareat, & cum hoc sui ipsius contemptu: ut qui resistentiā non inuenit, quod iam passiones & vitia contraria superaret & vicerit, & perfecta de se potitus sit victoria.

Hincque fit (dicit idem Sanctus) quod, qui priorem humilitatem habent, turbentur, & aduersis & prosperis huius vitæ casibus mutantur: qui vero posteriorē habent, nec aduersis turbantur, nec prosperis extolluntur, aut vane sibi placet, sed semper in vno statu permanent, & magna pace & tranquillitate fruuntur, ut qui ad perfectionem peruenierunt, & omnibus casibus superiores sunt. Nihil in mundo reperire est, quod eum, qui cupit parui fieri, & eo lætatur, possit turbare, vel dolorem adferre: Si enim id, quod eum dolore vel tristitia afficere poterat, videlicet quod nulla eius fiat mentio, & contemnatur, ab eo desideretur, & ipsi voluptati & delectationi est; quid illum turbare, vel dolorem adferre poterit? si in eo, in quo homines ipsum bello lacerare posse videbatur, ipse multam pacem reperit; nihil illum pace exuere poterit. Ideoque ait Sanctus Ioannes Chrysostomus, humiliter in terra paradysum & beatitudinem adeptum esse. *Anima autem, quæ sic se habet, quid potest esse beatius? quicunque autem in portu continuo sedet ab omni tempestate liber, & oblectatur in serenitate cogitationum.*

Nobis ergo enitendum, ut ad eiusmodi humilitatis perfectionem perueniamus, nec nobis id fieri non posse videatur, Dei enim gratia (ait Sanctus Augustinus) possumus non solum Sanctos, sed & Sanctiorum Dominum, si velimus, imitari, cum ille

ille idem Dominus dicat, ut ab ipso discamus: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et S. Petrus ait: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* S. Hieronymus in verba illa Christi: *Si vis perfectus esse,* dicit, ex his verbis liquido colligi, in manu nostra esse ut perfecti simus, quandoquidem Christus dicit: *Si vis.* Quia si dixeris: *vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit.* & tamen dicit: poteris, si velis, ipse enim paratus est nos iuuare, si velimus, & eius auxilio omnia poterimus. Iacob scalam videbat (ait idem Sanctus) pertingentem à terra in cœlum vsque, & Angelos ascendentes & descendentes, & superius in summitate scalam omnipotentem Deum sedentem, ut manum ascendentibus porrigeret, & animum adderet ad ascensus laborem sua presentia. Conare ergo tu hanc scalam & dictos gradus ascendere, & ipse tibi manum porriget, ut ad vltimum vsque gradum peruenias. Nauiganti de longe portus altus apparet, & videtur fieri non posse, ut illum intret: sed dum vicinior est, videt que viam stratum, facilis valde videtur illi ingressus.

CAPVT XVIII.

De quibusdam mediis ad secundum hunc humilitatis gradum parandum, & precipue exemplo Christi.

Deo mediorum genera solent vulgo assignari ad parandas virtutes morales: alterum est rationum & causarum, quæ nos conuincunt, & ad id animum addunt: alterum exercitium & vsus illius virtutis actuum, quibus habitus parantur. Vt à priore genere ordiamur precipua & efficacissima inter omnes alias considerationes, quæ nobis auxilio possit esse, ut humiles euadamus, est Christi Saluatoris & Magistri nostri exemplum: de quo quamuis aliquid dictum sit, tamen semper restat dicendum. Tota Christi vita perfectissimū fuit humilitatis exemplum, *Rodriguez exercit. pars 2.*

ab eo tempore, quo natus est, vsque dum spiritum in cruce emitteret. Sed S. Augustinus precipue hic ponderat exemplum, quod dedit lauando discipulorum pedes die cœnæ, iam morti & passioni proximus. Christus non fuit contentus (ait S. Augustinus) totius vitæ præteritæ exemplis, nec illis, quæ statim in passione iam instante erat exhibiturus, in qua, teste Esaia, apparere debebat postremus virorum, & teste Regio Propheta, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Sed sciens Iesus, quia venit hora eius, ut traheretur ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, quod in fine vitæ monstrare voluit, & absoluta cœna, surgit à mensa, & vestibus exutis, linteose præcinxit, & misit aquam in peluim, & procubuit ante pedes discipulorum & Iudæ, & incipit illos manibus diuinis lauare, & linteo extergere, quo erat præcinctus. O magnum mysterium! Quid hoc Domine? quid agis? *Domine mihi tu lauas pedes?* dicebat S. Petrus Apostolus. Discipuli non intelligebat, quid faceret. *Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea,* respondit Dominus. Postea iterum mensæ accubuit, & exposuit ipsis mysterium, quod hic bene conuenit: *Vos vocatis me Magister & Domine, & bene dicitis: sum etenim: si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Hoc mysterium est, ut discatis vos humiliare, ut ego me humiliam. Et ex vna parte tantum est humilitatis pondus, & ex altera tanta difficultas in ea sita, ut tot exemplis contentus non esset, quot ante dederat, & iam parabat dare: sed quia nostra illi fragilitas explorata erat, & cordis nostri venam pertrauerat, & peccantis humoris infirmitatis nostræ malignitatem explorauerat, tantam hic diligentiam adhibuit, & inter testamenti sui legata, tanquam vltimam voluntatem hoc descripsit, ut tenacius cordibus nostris inhaereret.

In illa Christi verba: *Discite à me, quia mitis*

August. l. de
sancta virginitate.

Esa. 53. 3.

Psal. 21. 7.
Ioan. 13. 1.

August. it. de sancta virgi. s. 34. Matt. II. 29. mitis sum & humilis corde, exclamat S. Augustinus: O doctrinam salutarem! O Magistrum Dominumque mortalium, quibus mors poculo superbia propinata atque transfusa est, quid ut discamus à te, venimus ad te! quod mitis sis & humilis corde, hoc vobis à me discendum est: *Hucine redacti sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi in te, ut pro magno discamus à te,*

Humilis est magnus coram Deo & mundo. quoniam mitis es & humilis corde? Itane magnum est esse parvum, ut nisi à te, qui tam magnus es, fieret, disci omnino non posset? Imo, tam magnum est (ait sanctus Augustinus) & difficile se humiliare, & parvum facere, si Deus ipse se non humiliasset & parvum fecisset, non possent homines eo adduci, ut se humiliarent. Nihil enim tam altis in præordijs egit radices, nec tam firmiter menti inhaesit, ut appetitus ille honoris & existimationis, ideoque totum hoc necesse erat, ut simus humiles. Talem medicinam superbiae nostrae morbus requiebat; & si hac medicina, quod Deus homo factus sit, & tam se pro nobis humiliaverit, superbiae nostrae non medetur, nescio (dicit sanctus Augustinus) qua medicina sanabitur. *Hæc medicina si superbiam non curat, quid eam curat nescio.* Si non sufficit Dominum Maiestatis videre tam abiectum & humiliatum, ut nos erubescamus desiderare honorem & existimationem, & velimus cum illo & pro illo contempti & abiectione; nescio quid sufficere possit. Ideoque Abbas Guericus in admirationem raptus & coniectus tanto humilitatis exemplo exclamat, & dicit æquam esse, ut dicamus, & hinc eliciamus: *Vicisti Domine vicisti superbiam meam, ecce dominus in vincula tua, accipe servum sempiternum.*

Superbiam humilitas Christi confundit.

Abb. Guericus. Etiam mirabilis in hoc proposito est illa S. Bernardi cogitatio: Videbat (inquit) Filius Dei duas nobiles, generosas, & felicitatis ad quam à Deo erant creatæ, capaces naturas se perdere, quod Deo similes esse velent: Deus Angelos creabat, & statim Lucifer Deo similis esse volebat. *In caelum conscendans; super astra Dei*

Bern. serm. 1. de adventu. exaltabo solium meum, sedabo in montibus flammis in lateribus Aquilonum, ascendant super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Et multos fecum traxit, & Deus statim illos in infernum deturbavit, & ex Angelis Diaboli facti sunt. Verumtamen ad infernum detraheri, ad profundum lacu. Creabat Deus hominem, & statim illum Diabolus sua lepra & veneno infect: *Eritis sicut Diaboli, scientes bonum & malum.* Gula correpti sunt, eo quod dixerit, eos quasi Deos fore, & præceptum transgressi similes Diaboli facti sunt.

Esa 14. 13. Dixit Propheta Elizeus famulo suo Giezi, postquam dona à Naaman leproso acceperat, quod quia bona Naaman haberet, etiam eius lepra cum in qua daret, & omnes eius posteros in æternum. Hoc Dei iudicium contra hominem fuit, posteaquam Luciferi bona, quæ erat superbia, concupiuit, ut etiam eius lepram, quæ erat eiusdem pœna, sentiret. Ideoque hic videre est hominem perditum & Diabolo æquiparatum, eo quod Deo similis esse vellet. Quid ergo Filium Dei agere fas erit, dum videt æternum Patrem tanto honoris sui zelo motum, ut dicitur: *Ecce occasione mei creaturas suas Patres mittit, Angeli mei similes esse volebant, & se perdidit; similiter & homo se mihi comparavit, & perditus est; tanta mei æmulatione tenentur, & mei similes esse volunt: Ecce venio, & talem me exhibeo me ipsum, ut quisquis videre voluerit, quisquis gesserit imitari fiat ei ista æmulatione in bonum.* Ideo Dei Filius in terram descendit, & homo factus est. Beata, exaltata, & glorificata tanta sit bonitas & misericordia, qua Deus se contemnavit tantæ cupidini, quæ nobis erat Deo similes esse, & iam non falso & mendaciter, ut Diabolus dicebat, sed vere, non superbe & inique, sed magna humilitate & sanctitate Deo similes esse possumus.

In verba illa: Parvulus natus est nobis, dicit idem Sanctus: Studeamus esse sicut iste parvulus, discamus ab eo, quia mitis est.

Ratio hinc loquitur pro mundi, et hinc ratio sapientis.

Ratio hinc loquitur pro mundi, et hinc ratio sapientis.

Humilis corde, ne magnus Deus sine causa factus sit homo paruulus. Studeamus nos humiliare, & paruuli fieri, ne sine fructu Deus puer & paruulus pro nobis factus sit. Quia nisi efficiamur in sicut paruulus iste, non intrabitis in regnum caelorum.

CAPVT XIX.

De quibusdam humanis rationibus & considerationibus nobis seruientibus ad promouendam humilitatem.

Ab initio huius tractatus multas rationes & considerationes in medium attulimus, quæ ad virtutem hanc humilitatem nobis auxilio esse & ad eandem capessendam nobis animum addere poterant, vt dum diximus eandem esse omnium harum virtutum radicem, fundamentum, & compendium ad easdem parandas, & medium ad conseruandas, & si hanc habuerimus, reliquas & haberemus: & alias similes animaduersiones. Ne tamen videatur, nos solummodo omnia à spiritu deducere velle; expediet & in medium adferre aliquot humanas rationes & considerationes, quæ magis naturæ & fragilitati conueniunt, vt sic non tantum medio spiritus & perfectio, nos, sed & propria nostra & naturali ratione animum sumamus, & magis inclinemur ad honores spernendos, & mundi existimationem vilipendendam, & humilitatis via progrediendum. Omnia ad tam difficile & arduum negotium necessaria sunt, ideoque valde expediet omnes hic neruos intendere.

Sit ergo primum, vt multo præuio examine & nullo moræ tædio fracti inquiramus, quam turpe quid sit hæc opinio & existimatio hominum, quæ tam nos oppugnat, & tantum negotij mouet, inspiciamus paulisper eius pondus & momentum, vt sic tandem eandem pro ea habeamus, quæ est, animemurque, vt eam despiciamus, nec ea tam dolose nobiscum agat, vt hæctenus egit.

Recte sane dixit Seneca, multa esse, quæ magna iudicamus, non quod huiusmodi sint; sed quod tanta nostra sit vilitas & paruitas, vt paruulum magnum nobis appareat. Ad quod docendum reducit ponderis exemplum, quod formice fecerunt, quod proportionem corporis earundem valde magnum videtur, cum tamen in se perexiguum sit. Idem in hominum honore & existimatione contingit.

Quæro à te, num melior sis, quod alij, qui te magnificiunt? vel deterior, quod reflexi pendant? non sane. Optime ait S. Augustinus. *Nec malam conscientiam sanæ præconium laudantis, nec bonam vulnerat consuetantis opprobrium. Senti de Augustino quidquid lubet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset.* Hoc est, quod pondus rei dat, alia omnia vanitas, nihil enim dant vel tollunt. Idque est, quod Sanctus quidam ait: *Quid homini accedit, si ab alio laudetur? quantus quisque est in oculis Dei, tantus est, & non plus, dicebat humilis S. Franciscus: vel vt rectius dicatur S. Paulus: Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.*

Ad hanc rem insignem adfert Diuus Augustinus similitudinem: *Est enim superbia non magnitudo, sed tumor: quod autem tumet, videtur magnum, sed non est sanum.* Vt enim res tumida videtur magna, cum tamen non sit, sic & superbi, qui ab hominibus æstimantur & magnificiunt, magni quidem videntur, sed tamen non sunt, non enim magnitudo hæc est, sed tumor. Sunt aliqui conualescentes & valetudinarij, qui pingues & sani videntur, sed hæc non vera pinguedo, sed falsa, infirmitas & tumor est. Huiusmodi etiam est (dicit sanctus Augustinus) applausus & mundi existimatio, qui te inflare, non magnum reddere valet. Si ergo ita se res habet (vt re ipsa se habet) hominum opinionem & existimationem non esse magnitudinem, sed ægritudinem & tumorem; cur vt chamæleontes ore parulo ventos captamus,

Seneca.
Natura paruulus, quod paruulum est, æstimat magnum.

Laus nec meliorem, nec maiorem facit.
Aug. l. 3. contra tra. epi. Polit. Donatista.
Aug. l. unico contra Secundum Manich. c. 1.
Th. de Kemp.

2. Cor. 10. 38.

Superbia humori corporis similis.
Aug. ser. 16. de temporibus.

mus, ut ijs inflemur, & morbum accersamus? præstat sanum esse, quamuis æger appareat, quam ægrum esse, & sanum apparere: sic & præstat esse bonum, quamuis malus habeatur, quam malum esse, & bonum haberi. Quid enim proderit virtute præditum & spiritualem te haberi, si

Prosa. 31. 31.

Hieronymus. *portis eorum opera eorum*, dicit S. Hieronymus. Non vanæ hominum laudes, sed bona tua opera te laudare debent, & adiuuare, dum in iudicio coram Deo apparendum tibi est.

Greg. lib. 4. dial. 5. 38.

Refert S. Gregorius, in quodam Iconie monasterio fuisse quendam monachum, qui ab omnibus sanctus, & specialiter valde abstinens & austerus habebatur, qui morti vicinus omnes monachos ad se vocavit, qui sperantes aliquid, quod ad ædificationem faceret, se ab eo audituros, lætati sunt. Verum ille tremens & valde anxius coactus fuit illis interiorem animæ suæ statum exponere, & dicebat se damnatum, eo quod omnis sua vita hypocrisis fuisset, dum enim credebant illum ieiunare & abstinere, ipse clam edebat, dum nullus videret. Ideoque (ait) nunc terribili draconi traditus sum, qui cauda pedes meos circumdedit & ligavit, & caput suum in os meum immisit, ut animam meam extrahat, & secum in infernum portet: hocque dicens, multo omnium cum horrore expiravit. Quid misero illi profuit, sanctum habitum fuisse?

Athan. de similitud. c. 27.

S. Athanasius superbos, qui honores captant, pueris comparat, qui papilionibus venantur: ab alijs araneis æquiparantur, qui viscera sua egerunt telas texendo, ad muscas capiendas, secundum illud Esaiæ: *Telas aranea texuerunt*: sic & superbus viscera egerit, & præcordia eructat, ut paululum honoris mundani consequatur.

L. 6. c. 1. vita P. Francisci Xaverij.

Legitur de S. Francisco Xaverio, quod singulari odio & horrore hanc mundi opinionem & existimationem persecutus sit, quod multi mali causam & boni impedimentum esse diceret: ideoque sæpe auditus fuit dixisse multo cum gemitu &

suspicio: O hominum opinio & existimatio, quantum mali fecisti, facis, & facies!

CAPVT XX.

De alijs humanis rationibus vitijs ad parandam humilitatem.

SANCTVS Chryostomus in illa sancti Pauli verba: *Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*, valde ad rem probat, superbum & arrogantem non tantum esse malum & peccatorem, sed & stultum, ad quod demonstrandum adducit illud Esaiæ: *Stultus enim fatua loquitur*: per quæ intelliges illū fatuum esse. Quid dixit omnium superbiorum primus Lucifer? *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*. Quid stultius, & magis presumptuosum? Eucapite 10. allegat quædam Regis Assyriorum arrogantia & fatua verba, quibus se iactabat potenti sua manu omnes terræ Reges subactos: *Et inueni quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur ova, que derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregaui, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret*. Quæ maior fatuitas esse potest? ait S. Chryostomus, qui eodem loco multa superbiorum verba allegat, quibus fatuitatem aperuit, sic, ut si verba eorum audis, discernere nequeas, num superbiorum, num vere stultorum verba sint, tam stulta & absurda sunt. Eodem modo hic videre est, ut enim stulti fatuis dictis & factis suis nobis risum mouent, sic & superbi ridendi ansam præbent verbis arrogantibus, quæ eorum laudibus seruiunt, & Thraconico ingressu & gestu quo se conspiciendos dant, & existimationem, quam volunt de se haberi, & de se ipsi habent. Additque S. Chryostomus, peiorem superbi esse stultitiam, & vituperatione & nota maiore dignam, quam natu-

naturalem, quod hæc nec culpæ nec peccato vlli obnoxia sit, illa vero sit. Ex quo aliud inter duas has stultitias discrimen oritur, quod naturalis compassionem patriat, & eius miseræ condolere cogat: superborum vero stultitia nec compassionem nec condolentiam moueat, sed potius risum & contemptum.

vt alias idem facias. Non audent hodie homines sententiam suam aperire, sciunt enim, quod *Veritas odium parit*, & vt stultus & phreneticus medicinas a duersatur, & medicum conspuat, qui illum sanare conatur; sic & superbus monitioni & reprehensionem resistit. Hocq; causæ est, quod homines nolint alteri dicere, quod ipsum male habet, nullus enim suis expensis inquietem sibi parat, sed potius ipsi persuadet, sibi bonum videri, quod malum tamen videtur, & alter tam sibi placet, vt credat. Vnde facile videre erit, quod superiore capite dictum, quanta vanitas & stultitia sit. magni facere hominum laudes, cum sciamus illas nihil aliud esse, quam simulationem, dolum, assentationem & mendacium.

Veritas odium parit.

Præterea superbi (dicit S. Chryso-
stomus) sunt omnibus exosi. Inprimis Deo: dicit enim Sapiens: *Abominatio Domini est omnis arrogans: & inter septem illa Deo exosa primo loco ponit superbiam, Oculos sublimes.* Et non solum Deo, sed & hominibus exosi sunt: *Odibilis coram Deo est & hominibus superbia. Et sicut eructant corda foetentium, sic & cor superborum.* Vt enim quibus hepar & partes interiores corrumpuntur, ingratum de se dant odorem, vt nullus ipsis adesse possit, tales sunt & superbi. Mundus huiusmodi hic lege talionis punit, eodem enim quo ipsi honorem aucupabantur, & volebant magni haberi, stulti & fatui habentur. Volunt ab omnibus diligi, & contrarium euenit, ab omnibus siquidem superbus odio habetur: a magnis, quod ipsis æqualis esse velit; ab æqualibus, quod ipsis præponi velit; a minoribus, quod ab ijs plus quam ratio requirat, exigat: imo serui ipsi malum de domino dicunt, dum superbus est, & illum perferre nequeunt: *Vbi erit superbia, ibi erit & contumelia.* Contra vero humilis honoratur, æstimatur, & amatur ab omnibus. Vt enim pueri propter bonitatem, innocentiam & simplicitatem valde amabiles sunt; sic, teste S. Gregorio, & humiles. Simplicitas enim illa & sinceritas in verbis & modo agendi sine simula-

*Superbus exosus omnibus. Chryso-
stom.*

Prou. 16. 5. Prou. 6. 17.

Eccl. 10. 7. Eccl. 11. 31.

Superbus longe talionis reddetur.

Prou. 11. 2.

Greg. lib. 7. mor. c. 23.

tione & duplicitate corda allicit. Lapis Magnes est humilitas, quæ corda ad se trahit, videntur omnes humilem in visceribus condere velle.

*Humilitas
sapientia,
superbia
stultitia.*

Ut tandem aliquando finiamus, & ostendamus, stultitiam esse hominum laudes, & existimationem venari, facit hic S. Bernardus dilemma, seu cornutum argumentum, quo concludit: Vel fuit stultitia, quod Dei Filius tam se demiserit & abiecerit, & elegerit contemptus & vituperia; vel magna est nostra stultitia, quod tam honores & existimationem ab hominibus aucupemur: non illud Dei Filij factum stultitia fuit, nec esse potuit, quamvis mundo ita visum fuerit, ut dicit S. Paulus: *Nos autem predicamus Christum crucifixum: Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ipsi autem vocatis Iudeis atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Cæcis & superbis Gentibus Christi factum stultitia videtur, nobis vero fidei luce illuminatis summa videtur sapientia & infinitus amor. Si ergo illud fuit summa sapientia, nostrum sane factum stultitia esse debet, & nos stulti sumus, tanti honores & mundi existimationem facientes.

1. Cor. 1. 23.

CAPVT XXI.

*Ut quis ab hominibus existimetur,
& magnifiat, certissimam viam esse,
se, se virtuti & humilitati
dare.*

SI omnia dicta non sufficiant, ut fugias fumos & honoris desideria, & existimationis; sed dicis magnum esse, si apud homines in magno sit quis honore & opinione, & cum Poeta dicas: Pulchrum esse digito monstrari & dici hic est, & quod plurimum ad ædificationem & alia faciat, & quod Sapiens moneat, ut curemus, ne hoc perdamus: *Curam habe de bono nomine; assentior quidem, & concedo, ut bonum nomen tueare, quod habes, & ut magni ab hominibus fias, tamen hoc affirmo, te multum in modo illud affe-*

Ecc. 41. 15.

quendi, quodque tibi proponis, errare, nunquam enim quod desideras, in actione assequeris, sed potius contrarium. Certa enim & securus via, per quam sine dubio & periculo ad hominum existimationem peruenitur (dicit S. Chryostomus) est virtus & humilitas. Stude valde bonus esse religiosus, & omnium minimus & humillimus, & eiusmodi in modo tuo agendi, & offerentibus sese occasionibus videri; & sic magni fies & æstimaberis ab omnibus. Hic homo Religiosus est, qui seculum deseruit, cui gratiores in manu sunt scopæ, & in corpore vilis vestitus, & humile & abiectum officium, quam nobili equus & arma: & contra illi magnum est dedecus & ignominia, velle existimari & magnificari ab hominibus: ut magno illi vitio verteretur, si religione deserta ad seculum rediret, & iure ab hominibus derideretur. *Quia hic homo coepit adscendere, & non potuit consummare.* Sic est velle & desiderare ab hominibus magnificari & existimari, hoc enim est animo ad seculum redire, cum hoc sit, quod plurimum mundo fiat, & quod fugisti & deseruisti, dum te religioni dares.

Num manifeste & clare videre desideras, quam indecorum & ignominiosum sit ei, qui perfectionem profiteretur, honores & hominum existimationem venari; fac desiderium hoc lucem videat, ut alij videant te id studere, profectio istam aduertes, quam tibi id indecorum & inhonestum sit, alios id intelligere. Habemus huius in Euangelio insignem exemplum.

Narrant Euangelistæ, Apostolos quendam vice cum Christo Seruatore nostro profectos fuisse, aliquantulum tamen ab eo semotos, ut putarent se ab eo audiri non posse, & disputabant, & inter se contendebant: *Quis eorum videretur se maior?* dumque Capharnaum venissent, quærebat ab ijs Christus, quid fuisset, quo in via egissent? Refert Euangelium, illos ita erubuisse, quod contentiones & ambitionem suam in lucem venisse aduertent, ut nec verbum quidem pro-

ferre possent: *At illi tacebant, siquidem in via inter se disputaverant, quos eorum maior esset.* Ex quo Saluator mundi occasione captata dicebat illis: Discipuli mei inter mundanos, & eos qui leges sequuntur, & qui dominantur & mandant, magister vocantur: *Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui praefessor est, sicut ministrator:* nam in schola mea contrarium fit, & maior minor esse debet, & omnibus seruire. *Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister.*

In Dei domo & Religione se humiliare & abiectionem esse, magnum est esse & si quis se omnium minimum facit, illum magnifici & aestimari facit plures, quam alios. Hic in Religione honos est, alter ille, quem tu ambis, non honor, sed dedecus est, & eo quo te magnifici autumas, vilipenderis & contemneris ab omnibus, omnes enim te pro superbo habent, quae abiectionis omnium maxima. In nulla plus damni incurres, nisi si sciatur te optare, ut ab hominibus extollaris, & plurimi ducaris, & quod parva attendas, & minuta tibi cordi sint.

Ideoque recte aiebat sanctus Ioannes Chymacus, vanam gloriam saepius suis ignominiae causam fuisse, quod in quadam illis incidere fecit, quibus vanitatem eorum & ambitionem manifestata, magnam sibi vituperationem & confusionem pararent. Non advertit superbus, quod in dictis & factis, quibus aestimari vult, inordinata superbia cupiditas aperitur, sicque vnde ipse existimationem venabatur, dedecus & ruborem consequitur. Atque sanctus Bonaventura sic hominem lumine orbare, ut dum maiore superbia tumet, minus se cognoscat, & ideo lumine cassus facit & dicit superbus huiusmodi, quae etiam nec Dei, nec virtutis habita ratione, sed solum honore & existimationis, quam ambit, nullo modo faceret, nec diceret. Quoties accidit, quam dolere & queri, sui in aliquo non habitam rationem, vel alium sibi praepositum, sibi que persuadere, id ad

se pertinere, & sibi injuriam factam, & sibi id vitio & ignominiae verti, alioque id dedecus suum & contemptum accepturos. Hocque colore & titulo cordis amaritudinem & cupiditatem prodit, hocque ipso contemptum sibi parit: nam superbus habetur, & qui honores venatur; quod in Religione valde execrabile. Si vero in huiusmodi negotio dissimulasset, nec se ingerisset, sed superioribus liberum de eo statuendi arbitrium reliquisset magnum sibi honorem acquisisset, & valde ab omnibus fuisset aestimatus.

Vnde liquido apparet, quod quantumvis via spiritali non fieret, sed prudentiae lege & recto iudicio imo & mundi lege, certam & veram ad gloriam & existimationem & hominum amorem & benevolentiam viam esse, vere virtuti studere & humilitati.

Hinc & Agesilaus, Lacedaemoniorum Rex, & inter eos sapiens habitus a Socrate rogatus quid faceret, ut omnes bonam de eo opinionem & senium haberent; respondit: *Si talis esse studeas, qualis haberi vis.* Alias idem rogatus, respondit: *Si loquaris, quae sunt optima. Et facias, quae sunt honestissima.* De alio Philosopho refertur, quod magnum habuerit amicum, qui de eo semper, omni que oblata occasione multum boni referebat, quique quadam vice docebat, multum Philosophum illi debere, quod vndique virtutes eius praedicaret & laudaret. Respondit Philosophus: *Quod debeo, vivendo solvo, ut nunquam in nullo, quod de medicis mentiaris.*

Non haec ideo dicuntur, ut nos ideo virtuti & humilitati applicaremus, quo ab hominibus magnificamus & aestimemur, haec enim superbia & magnus abusus esset. Hoc solum dicimus, si vere, sincere & ex animo studeas humilis esse, te magni ab omnibus ducendum, quamvis id tu non optes, sed quo plus honorem & existimationem fugies, & contemni desiderabis; tanto ille te plus sequetur, est enim ut umbra, quae corpus sequitur. Sanctus Hieronymus de S. Pau-

Humilitas ad honores via.

Agesilaus.

Pindarus.

Hieronymus. S. Paula loquens, ait: Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutē quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores.

Luc. 14. 8. Hoc medium Christus Sernator noster in Euangelio docet, dum modum in loco & accubitu honoratiore obseruandum in congregationibus describit, dum ait: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Quod idem est, quod S. Spiritus ante per Sapientem dixerat: Ne gloriosus appareas coram Rege, & in loco magnorum nesceris: melius est enim, ut dicatur tibi: Adscende huc, quam ut humilius coram Principe. Et parabolam claudit, dicens: Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Nonne aduertis, non tantum apud Deum, sed & homines humilem, qui infimum & abiectum locum eligit, magnifici & extolli, & superbum, qui primum locum, & optimos honoratioresque accubitus appetit & desiderat, contemni & paruifieri. Exclamat

Aug. ser. 12. in eremo.

& dicit S. Augustinus: O sancta humilitas, quam dissimilis es superbia! Ipsa superbia, Fratres mei, Luciferum de caelo deiecit, sed humilitas Filium Dei incarnauit: ipsa superbia Adam de paradiso expulit, sed humilitas Latronem in paradysum introduxit: superbia Gigantum linguas diuisit & confudit, sed humilitas cunctas congregauit dispersas: superbia Nabuchodonosor in bestiam transmouit: sed humilitas Ioseph Principem Israel constituit: superbia Pharaonem demersit, sed humilitas Moysen exaltauit.

CAPVT XXII.

Humilitatem medium esse ad inte-

riorem animæ pacem parandam, & sine illa eandem nunquam haberi.

DISCITE à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Vna præcipuarum & efficacissimarum rationum, quæ inuenitur, est, ut animum sumamus ad honores & mundi existimationem contemnendam, & humilitatem colendam; hæc est, quam Christus his verbis proponit, hoc vnicum esse medium, ad interiorum animæ pacem & quietem parandam: quod tam à spiritualibus expetitur, & à S. Apostolo Paulo inter S. Spiritus fructus positum: Fructus autem spiritus pax. Vt autem ex actius pax & quies, qua humilis fruunt, cognoscatur, consultum fuerit indiget inquietem & turbationem, qua superbi cor exagitur: cōtrarium enim per contrarium melius noscitur. Plena est facta Scriptura sententiarum, impijs pacem non esse: Non est pax impijs, dicit Dominus. Pax, pax, & non erat pax. Contritus & inlicitas in viis eorum, & viam pacis nongouerunt. Nesciunt, quid sit pacem habere, & quamuis exterius rideantur habere, non tamen vera illa pax est, nam intus in corde bellum habent, quod propria ipsis infert conscientia. Ecce impia amaritudo mea amarissima. Impij semper in amaritudine viuunt, sed singulariter superbi semper in quietem & turbationem habent. Ratio huius ex S. Augustino colligi potest, qui dicit, ex superbia nascitur inuidiam, ut legitimam eius filiam sine qua mala filia nunquam esse potest. Quibus duobus malis, hoc est, superbia & inuidia Diabolus Diabolus est. Vnde intelligere datur, quid in homine multum hæc duo operentur, cum sufficiat, ut Diabolus Diabolus faciant. Nam qui vna ex parte superbia repletus, & nihil ipsi cordi, quam honor & existimatio, & videt omnia illi ad votum non cadere, & altera ex parte etiam inuidia plenius est, quod superbia filia & inuidia comes

fit, dum aduertet alios honorari, existimari, & sibi praeferi, certum est illum felle & amaritudine plenissimum fore, & animo esse inquieto & turbato, nisi enim tam dolet superbus, nec tam cor vulnerat, quam si quid horum aduertat.

Graphice nobis id depingit sacra Scriptura in superbo illo Amman: Magnificabat abs Rege Assuero, & pluris, quam omnes alij Principes & regni magnates: & opibus affluens & temporalibus bonis, & ab omnibus honorabatur & extollabatur, sic ut nihil illi amplius exoptandum videretur. Et tamen tam turbabatur, quod vnus homo, & quidem plebeius, qui erat Mardocheus, qui sedebat in porta palatii regij illum vilipenderet, nec illi aperiret caput, nec assurgeret, nec se loco moueret, dum transiret, praedolore & turbatione, quam hic sentiebat. Idque ipse confessus est, de hoc querelas apud amicos & vxorem deponens, & declarans fortunam & potentiam suam:

Et cum hac omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardocheum Iudaeum sedere ante fores regias. Ecce quanta sit iniquitas superbi, & quantae vindictae & tempestates, quae in eius corde insurgunt. Impij autem quasi mare feruens, quod quis scire non potest. Tantaque fuit rabies & furor, qui eam ob causam mentem inuasit, ut parui faceret manus in hunc solum iniicere, nisi sciens illum Iudaeum esse, diplomata abs Rege Assuero obtineret, ad omnes Iudaeos, qui in regnis erant, perdendos & occidendos. Et Mardocheo altissimam trabem paraauerat domi suae, ut ex illa suspenderetur; quamuis aliter, ac rebatur, res ceciderit, & Iudaei sententiam in se latam contra inimicos exequerentur, & Amman eo ipso ex patibulo affixus, quod Mardocheo paraauerat. Ante tamen bona ipsi contigit mortificatio; dum enim in hoc totus erat, ut se vlcisceretur, & summo mane ad regiam iuisset, ut a Rege licentiam idem exequendi peteret; eandem noctem contigerat Regem in-

Rodriguez exercit. pars 2.

mnem egisse, iusseratque ideo annales adferri, & legi sibi, & dum peruentum esset ad id, quod Mardocheus Regi exhibuerat, seruitium, prodicionem in ipsum a duobus eunuchis machinatum manifestando, quaesuit, quid mercedis & praemij Mardocheus pro hoc seruitio & magna fidelitate tulisset? responsum fuit: nihil. Hinc Rex ait: Quis esset? num aliquis in regiam venisset? respondet: Amman in atrio est. Iubet Rex intrare. Intrat & rogat Rex: quid faciendum viro, quem Rex cupit honorare? Amman credens se esse, quem Rex vellet honorare, respondit: Homo, quem Rex voluerit honorare, regijs vestibus induatur, & ipsi Regis equo imponatur cum regio diademate in capite, & praecipuus Regis Magnatum praecedat, & equum freno ducat, & in plateis praedicet: Sic honorabitur, quem Rex voluerit honorare. Dixit Rex: vade ad Mardocheum, qui ad fores palatii est, & fac illi, quod dixisti, & caue, ne quid omittas.

Quid non doloris superbum & turbatum illud cor sentiebat? nihilominus faciendum erat, & plene exequendum, quidquid Rex iusserat, puto maiorem illi mortificationem excogitari non posse, postquam statim suspensus est patibulo, quod Mardocheo aprauerat: haec merces, quam mundus solitus suis dare. Vnde, quaeso, illi hoc malum ortum? quod alter illi caput non aperiret, nec assurgeret, dum transiret.

*Minima res
superbum
affligit.*

Vna similitum nugarum sufficit, ad superbis inquietem & turbationem adferendam, & ut semper animo sint amaro, & dolore repleto. Idque & hodie in mundanis videre est, idque tanto plus, quanto sublimiore loco positi sunt. Omnia haec puncta ipsis punctiones sunt, quae pungunt & perfodiunt eorum corda, ut ipsis nihil grauius nec laethalius esse videatur. Et nunquam superbis quid horum deest, quantumlibet extollantur & habeant, ideoque felle vsque amariora corda habent, & in perpetua versantur

tur inquiete & turbatione. Idemque in Religione eueniet, si quis superbus sit, si alijs postponatur, & cur talis ad tale vel tale negotium electus sit, & illius nulla sit habita ratio, & hæc & huiusmodi tantam ipsi parient inquietem, quantam in mundano honorum puncta est ambitio.

*Melancholia
sape superbia
humor & spiri-
tualis ægri-
tudo.*

Tract. 6. c. 4.

Ex hoc & aliud erui poterit, quod sapius re ipsa experimur: quod quamuis morbus inueniatur melancholiæ, & licet sit aliquis melancholicus & tristis, tamen non est melancholiæ vel bilis humor, nec corporea infirmitas, sed superbiæ humor & spiritualis ægritudo. Tristis & melancholicus es, eo quod postpositus & nulla tui habita ratio sit. Tristis & melancholicus es, quod inde honorem non sit adeptus, unde sperabas adipisci, sed potius videris ruborem & pudorem nactus. Non tam feliciter successit, ut oprabat, concio, nec argumentum, nec conclusiones, potius honore, & exultatione videris excidisse, ideo tristis & melancholicus appares: & dum quid horum publice faciendum, timor, ne aliter forsitan cadat, quam speras, & ne pro honore parando eundem amittas, te anxium & tristem reddit. Hæc sunt, quæ superbum tristem & melancholicum faciunt.

Humilis honorem non querit.

Humilis vero corde cui curæ non est honor & exultatio, & in infimo loco contentus est, omnibus his anxietatibus & turbationibus immunis est, & summa pace fruitur, secundum prædicta Christi verba, a quo Sanctus illa mutatus est, dum ait: Si pax in mundo sit, humilis corde illam possidet.

Th. à Kemp.

Ideoque quamuis alio medio spiritus aut perfectionis, sed solum commodi nostri, & pacis & interioris quietis causa fieret, profecto humilitati nobis studendum foret, hoc enim viuere est, alterum vero viuendo mori.

Sanctus Augustinus *lib. 6. confess. cap. 106.* ad propositum refert de se, quod Dominus ostenderit illi cœcitatem & mis-

eriam, in qua tunc erat. Dum (inquit) valde essem occupatus in oratione quadam, quæ Imperatori reddenda est, & in ea referendæ eius laudes, quæ plerique falsæ erant, & ipse ob illas laudandus ab illis, qui eas huiusmodi esse sciebant, ut vanitas & stultitia mundi videatur, dumque ego ob hoc multa essem in solitudine, cogitatione & imaginatione, quam id mihi ratione succederet, febri consumentium cogitationum correptus, contigit me per plateam quandam Mediolani euntem pauperem mendicum videre, qui postquam ederat & biberat, iudebat & oblectabatur, & hilaris eras, quem videns suspiravi, & dixi amicis præsentibus: Multa miseratione digna in nostra stultitia esse, nam in omnibus nostris laboribus, ut erant illi, quibus tunc temporis occupabamur, portantes nostræ infelicitatis onus, & cupiditatis stimulis vulnerati, & onerati adductes, non quærebamus, nec curabamus aliud, quam allequi securam lætitiæ, in quo nos pauper ille anteibat, ad quam fortasse nunquam perueniremus. Quod enim ille exigua elemosyna erat allequutus, id ego tantis laboribus & incommoditatibus parare conabar, volo dicere felicitatis temporalis lætitiæ.

Verum quidem est (dicit sanctus Augustinus) pauperem illum veram lætitiæ non habuisse, sed ego ambitione mea falsiorem illa quærebam, & ille lætabatur tamen, & ego tristabar, ille securus erat, ego vero in timore & anxietate. Et si quis quæsiuisset, quid mallet, an tristem, an vero lætum esse respondissem, me malle lætari, & si rursus quæsiuisset, an mallet talis esse, qualis mendicus, an qualis ego eram; tunc elegissem esse, qui eram tam laboribus & incommoditatibus repletus. Et dicit nullam habuisse causam, ut me pauperi antefeream, eo quod illo sapientior sim, quod hoc mihi non faceret satis, quod scientia mea solum studebam hominibus satisfacere, non ut eos docerem. *sed*

sed placerem. Ille procul dubio (ait) me fortunatior erat non solum quod ille hilaris, ego sollicitus eram, quod mihi maximo erat dolori; verum etiam quod ille bonis medijs vinum parauerat, ego vero mentiendo vendebam vanam gloriam.

CAPVT XXIII.

De alio efficaciorum mediiorum genere, ad humilitatem parandam, quod est eiusdem exercitio.

De primo mediiorum genere diximus, quæ solent assignari ad virtutem parandam; quæ sunt tam diuinæ quam humanæ rationes & considerationes. Verum tam ad vitium illud superbæ propendemus, quod in cordibus nostris radices egerit illud serpentis: *Eritis sicut* *Dij*: ex primorum parentum genio, vt quantæcunq; considerationes assignentur, non tamen sufficiant, vt è nobis propullent hocce fumos existimationis & honoris. Viderur nobis hic accidere, quod ijs, qui timore capti sunt, quibus quantæcunq; rationes adfers, quibus illis persuadere conaris, nihil esse, quod timeandum sit; respondent: fac te intelligo vera esse, quæ dicis, & vellem, tamen ipse mihi persuadere non possum, metuendum nil esse. Eodem modo & aliqui dicunt: Scio omnes has rationes, à te propositas, de hominum opinione & existimatione veras esse, & ostendere nihil aliud nisi quid venti & vanitatis esse; tamen adduci non possum, quin illa magni faciam. Vellem quidem, tamen videntur hæc etiam me nolentem ad se trahere, & perturbare. Vt ergo rationes & considerationes non sufficiunt, vt timido eximatur metus, nisi simul illi adferamus remedia facti, dicentes, vt ad sit & tangat illa, quæ illi phantasmata & terribilissima videntur, & vt nocte accedat loca tenebrosa & solitaria, vt re ipsa probet & videat nihil esse, sed omnia fuisse imagina-

tionem & apprehensionem, & sic omnem timorem excutiat & perdat. Sic etiam vt perdatur opinio & mundi existimatio, & illa contemnatur; dicunt Sancti, orationes & considerationes non sufficere, sed necessarium esse operum medium, & humilitatis exercitium, idq; præcipuum & efficacissimum esse remedium, quod nostra parte adferri possit, ad virtutem hanc sibi parandam.

S. Basilius dicit: Vt artes & scientiæ exercitio parantur; sic & virtutes morales. Vt quis bonus sit musicus, aut operarius mechanicus, vel Rhetor, vel Philosophus; necesse vt se in ijsdem exercent, hacque ratione talis euadet. Similiter ad humilitatis, aliarumque virtutum moralium habitum acquirendum, necesse nos earum acibus exerceri, sicque illas parabimus. Et si quis dixerit, ad possessiones & affectiones animæ componendas & moderandas, & virtutes allequendas sufficere rationes & considerationes, monita & documenta S. Scripturæ & Sanctorum; illum falli, dicit S. Basilius: *Is similiter facit vt si quis disceret adificare, nec vnquam tamen adificaret, & excudere, quæ didicisset, ea in actum nunquam educeret, sed contentus esset audire artis documenta & monita; certum est huiusmodi nunquam fabrum fore. Simili modo nec humilitatem, nec alias virtutes allequetur, qui se in ijsdem non exercuerit. Ad cuius confirmationem adferunt illud Apostoli sancti Pauli: Non enim auditores* *Legis iusti sunt apud Deum, sed factores Legis iustificabuntur.* Ad hoc non sufficit multas rationes & documenta audire, sed necesse opere complere, & plus hic vitium habet praxis & exercitium, quam omnis Theoria, quæ excogitari potest. Et licet verum sit, omnem virtutem & bonum Dei manu prouenire, & vires nostras ad hoc non esse pares; tamen idem Dominus nobis ea sic vult largiri, vt nos operando cum eius gratia concurramus.

Sanctus Augustinus in illa Christi verba: *Si ergo ego laui pedes vestros Dominus*

Basil. in reg. fusum dispns.

Rom. 2. 13.

Exercitatio ipsa Theoria in omnibus artibus utilior.

Aug. tr. 58. super Ioan. Ioan. 13. 14.



Christus exemplo suo nos instituit.
 Et magister, & vos debetis alter alter us pedes lauare. Dicit hoc esse, quod Christus Seruator noster nos hoc exemplo pedes discipulorum lauando docere voluit: Hoc est, beate Patre, quod nesciebas, quando fieri non sinebas, hoc tibi postea sciendum pramissit, ecce ipsum est postea. Idque est, si humilitatem assequi optamus, actibus humilitatis exterioribus nos exerceamus. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciat. Didicimus, Fratres, humilitatem ab excelsis. faciamus inuicem humiles, quod humiliter fecit excelsus. Quandoquidem Summus & Omnipotens se humiliavit, quandoquidem Dei Filius se abiecit, & humilibus & abiectis ministerijs occupatus est, lauando discipulorum pedes, & Matri & sancto Ioseph seruiendo, & ijs se subiuciendo & obediendo in omnibus, quæ mandabat; ab illo discamus, & abiectis & humilibus officijs nos exerceamus, hocque modo humilitatem assequemur.

Illud ipsum est, quod dicit sanctus Bern. epi. 87. Bernardus: *Humiliatio via est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugas humiliatiõis; nam si non potes humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi.* Sanctus Augustinus recte probat, & rationem dat, ob quam hoc exterioris humiliationis exercitium iuuat, & tanti momenti esse, & tam necessarium ad veram cordis humilitatem consequendam. *Cum enim ad fratris pedes inclinatur corpus, & in corde ipso vel excitatur, vel si iam inerat, confirmatur ipsius humiliatiõis affectus.*

Tam sibi vniuntur & coniunguntur exterior & interior ille homo, alterque ab altero sic dependet, vt dum corpus humiliatur & deijcitur, intus excitatur humilitas. Nescio quid in se habeat, quod me ante fratrem humiliem, & quod ipsius pedes osculet: nescio quid in se habeat pauper & vilis vestitus, & abiectum & humile officium, nisi quod humilitatem in corde generet & nutriat,

sique ibi illa sit, eam foueat & auget. Hocque responderet sanctus Dorotheus huic quæstioni, qua ratione possit humilitatem animæ consequi abiecto & vili vestitu, qui in corpore est: certum enim esse ait, quod à corpore in animam deriuetur bona vel mala dispositio. Ideoque videre est, aliam animæ esse dispositionem, dum sanum est corpus, aliam, dum ægram est, aliam, dum saturum, aliam, dum famelicum est.

Eodem ergo modo alium affectum induit anima, dum homo throno, vel pretiosis phaleris ornato equo insidet, alium, dum in terra vel asino sedet, aliumque affectum & dispositionem habet, dum se pretiosis vestibus ornatur, alium vero, dum se paupere & vili veste regit.

Sanctus Basilius idem recte etiam aduertit, dum ait, quod vt hominibus mundanis bonus & illustris vestitus cor extollit, & in ijs gignit superbiam & vanitatis fumum, & propriam existimationem: sic & in Religiosis & Dei famulis pauper & humilis vestis humilitatis affectum in corde excitat, & gignit proprium contemptum, & videtur hominem contemptibilem reddere.

Et addit idem Sanctus, quod sicut mundani homines vestes bonas & illustres appetunt, vt iisdem magni fiant & æstimentur, eodem modo famuli Dei, & vere humiles vilem & pauperem vestem appetunt, vt per eandem contentantur, & ab hominibus minoris fiant, & quod hic sibi videntur magnum remedium inuenire, vt in vera humilitate conferuentur, & progrediantur.

Inter omnes exteriores humiliationes illa de paupere & vili veste vel præcipua est, ideoque tam apud vere humiles in vsu. De Patre Francisco Xauerio libro 6. capite 7. eius vite, legitur, quod semper paupere veste vteretur, vt humilitatem conferuaret, timens ne bona cum veste aliqua se existimatio, vel præsumptio miseret & accederet, vt contingere solet.

Ex

Ex altera ratione videre erit, ad humilitatem cordis, aut aliam quam interiorum virtutem parandam multum professe eiusdem virtutis exercitium, hoc enim voluntas magis, quam desiderijs mouetur, præfens enim obiectum & visibile est, quod magis mouet, quam absens: vt quod oculis videmus, magis mouet, quam quod audimus. Vnde vulgo dicitur, id cor non mouere, quod oculi non vident.

Eodem modo exterius, quod in actum deducitur, magis voluntatem mouet, quod obiectum præfens sit, quam desideria & apprehensiones exteriores, quarum obiectum præfens non est, sed solum in imaginatione & apprehensione. Maiorem patientiæ virtutem in anima procreabit vna iniuria voluntarie & benetolerata, quam quatuor in desiderio & sine opere: & maiorem humilitatis virtutem in mente gignet vnus dies in vili & humili officio transactus, & vestitu humili & lacero indutus, quam multi dies solis desiderijs traducti.

Quotidie experimur, aliquem repugnantiam sentire, dum primo die mortificationem aliquam ordinariam exercet, si vero altero die id fiat, nullam videre difficultatem, quamuis antea sæpius id desiderarit, quod tamen non sufficiebat, vt difficultatem illam superaret.

Hinc est, quod Societas aliquibus publicis mortificationibus vtatur, quas apud Sanctos legimus in vsu fuisse. Si enim quis semel quid horum faciat, seipsum ad alia superat, quæ antea ipsi difficultia factu erant.

His accedit, quod Theologi dicunt, actum interiorem, exteriore actu accedente, communiter fieri intensiorem & efficaciorum. Sic vt si quis se in obiectis & humilibus exercent, multum vndique proficit ad humilitatis virtutem parandam.

Quia vero iisdem medijs & causis virtus conseruatur & augetur, quibus acquiritur, & quia exterius exercitium ne-

cessarium est ad humilitatis virtutem acquirendam; ideo & necessarium est ad conseruandam & augendam. Ex quo sequitur, multum ad omnes hoc exercitium pertinere, non solum incipientes, sed & progredientes, & eos, qui multum profecerunt; vt diximus, dum de mortificatione ageremus. Ideoque Patet noster omnibus id multum commendat: *Magnopere confert, deuote, quoad fieri poterit, ea munera obire, in quibus magis exercetur humilitas & charitas.* Alio loco dicit: Anteuertere oportet tentationes, adhibitis earum contrarijs, vt cum quis animaduertitur ad superbiam esse propensus, exerceri is debet in rebus abiectioribus, quæ ad humiliandum ipsum vtilis futuræ videantur, & sic de prauis alijs animæ propensionibus. Et alibi: Quod ad abiecta & humilia officia attinet, prompte illa suscipienda sunt, in quibus maiorem repugnantiam inuenit, si illi iniunctum sit, vt illa faciat.

Ideoque dico, duo hæc, humilitatem & humiliationem sibi mutuo auxilio esse debere, & ex interiore humilitate, quæ est seipsum contemnere & parui facere, & ab alijs desiderare parui fieri, nasci exteriorem humiliationem, vt talis se homo exterius demonstret, vt se intus æstimat.

Dico, vt se humilis interius & in proprijs oculis contemnit; & omni honore indignum reputat; talis & exterior agendi modus esse debet, & opera exteriora, quæ facit: sic in actionibus noscitur interior humilitas, quæ in corde est: Elige vltimum locum, vt dicit Christus Seruator noster, non dedigneris cum paruulis & abiectis agere, letare officijs humilibus: & eadem exterior humiliatio, quæ ex interiore nascitur, fontem suum, vnde deriuatur, ex crescere faciet.



Tract. I. c. 18.

3. p. const. c. 1. §. 13. & 12. reg. 12. & 19. summary.

C. 4. exam §. 28. regul. 13. summary.

CAPVT XXIV.

Dicta quibusdam exemplis confirmantur.

*Pet. Cluniac.
l. 2. mirac. c.
29. & Breden-
bach l. 2. coll.
sacrar. c. 33.*

REFERT Petrus Cluniacensis, in Carthusianorum Ordine quendam fuisse Religiosum sanctæ & probatæ vitæ, quem Dominus noster in tanta castitate, puritate & integritate conseruauit, vt nec in somnis quidem illusionem aliquam pateretur. Iam morti vicinus, præsentibus Religiosis, & Priore, iussus ab eodem dicere, in quo putabar se magis Deo placuisse in hac vita; respondit: Difficilem rem, Pater, quæris, & quam nullo modo dicerem, nisi me obedientia cogeret. A pueritia multum à Diabolo affligebar, & infestabar, sed secundum dolorum & tribulationum multitudinem, quas cor ferebat, etiam anima multis consolationibus recreabatur, quas Christus, ipsiusque sanctissima mater mihi mittebant.

Psal. 93. 19.

S. Virgo iubet humilitatem in victu, vestitu, & officiu.

Quodam ergo die, dum magna Diaboli tentatione afflictus & fatigatus essem, apparuit maxima Reginarum cuius præsentia omnes Diaboli fugati, & tentationes repressæ, & postquam me esset consolata, & monuisset perseuerare, & in perfectione progredi; mihi dixit: vt commodius hoc facias, speciatim ex Filij mei thesauris tria media vel humilitatis exercitia depromere volo, quibus si te exercearis, Deo multum placebis, & hostes superabis. Suntque hæc, vt te in his tribus humilies, in victu, in vestitu, & officijs, quæ facis. In victu petes & procurabis tibi vilissimos cibos, in vestitu vilissimam vestem, & in officijs abiectissimum & humillimum, magno honori & lucro ducens esse occupatum abiectissimis, & maxime contemptis, quæque alij dedignantur & fugiunt. Hæcque dicens disparuit, egoq; cordi meo impressi sacratissima Virginis verborum virtutem & energiam, vt post facerem, quod ipsa

iusserat, & hic anima mea magnum profectum inuenit.

Narrat Cassianus de Abbate Paphnutio, qui cuiusdam monasterij monachus & Abbas in Ægypto, & ob venerabilis canos, & mirabilem vitam magni habitus, & à monachis honoratus, vt Pater & Magister, idque ægre ferens tanto se honore affici, & desiderans se videre humiliatum & posthabitum; nocte quadam secreto monasterium suum exiit, & habitum induens sæcularem ad sancti Pachomij monasterium profectus est, quod tamen procul ab ipsius monasterio distitum erat, & tunc temporis in rigore & sanctitatis feruore multum florebat, vt ibi ignotus & nouitius haberetur, & sperneretur, multosque dies ad portam steterit, humiliter habitum petens, prosternens & procumbens ad pedes omnium monachorum. Vbi vere contemptus fuit, & exprobratum, quod iam mundo satiatus in senectute Deo seruire volebat, & quod potius necessitate coactus veniret, vt ei victus suppeditaretur & seruiretur, quam vt seruiret ipse. Tandem admissus fuit, & cura horum monasterij illi iniuncta, Superiore alio confuturo, cui in omnibus obediret. Quod officium exactissime & magna humilitate obiuit, & studebat facere, quod abij recusabant, quodque molestissimum in monasterio erat. Neque contentus hæc de die facere, noctu secreto surgebat, & in ordinem redigebat, quæcunque poterat, domus negotia, idque tam occulte, vt à nullo posset videri, omnibus mane mirantibus, quod nescirent, quis hoc faceret. Hoc modo tres exegit annos, bona hac occasione laborandi, & contemptui habendi, valde contentus, hoc enim illud erat, quod tam deliderauerat.

Verum quia ipsius monachi multum talis patris absentiam dolebant, aliquot eorum in varias partes profecti sunt, vt quærerent, & iam post triennium desperantes se illum posse inuenire; vna monachorum Paphnutij transiens monasterium

sterium Pachomij, nec cogitans quidem se illum posse inuenire, illum agnouit, dum Sanctus simum horto inueheret. Ipsi ad genua procidit: qui videbant, morabantur, & plus dum audirent, quis esset, quemque antea fama nouerant, & veniam ab eo petebant. Sanctus casum suum deplorabat, eo quod Diaboli inuidia detectus esset, & thesaurum, quem ibi habebat, perdidisset. Reduxerunt, quamuis inuitum, ad monasterium, & magno cum gaudio receperunt, & post summa cum diligentia custodierunt.

Quod tamen (ob magnum, quod habebat, contemptus sui desiderium, & non uolci, & ob humilis illius vitæ gustum & delectationem, quam in altero illo monasterio egerat) illum cohibere non potuit, quominus alia nocte monasterium exiret, ante cum nauata quodam pacto, ut naue in Palaestinam ueheretur, quæ multum inde distabat: quod & factum, appellens ad Cassiani monasterium.

Dominus tamen noster, cui curæ est humiles exaltare, statuit, ut à quibusdam monachis suis, qui eo uisitatam loca sancta venerant, detegeretur, & sanctus senex ob hæc pluris æstimaretur.

In Patrum vitis narratur de quodam monacho, qui longo tempore solitarius in eremo vixerat, magnæ poenitentia & orationi intentus fuerat, cuius mentem cogitatio subiit, quod iam perfectus esset, & se orationi dedit, & Deum rogauit: Domine ostende, quid mihi ad perfectionem desit. Et volens Deus eius cogitationes humiliare, audiuit vocem sibi dicentem: Ad talem vade, & fac, quod ille tibi dixerit: hic subulcus erat.

Eodem tempore huc reuelatum fuit, solitariū hunc illi locum venire, & iussus fuit illi dicere, ut flagellum sumeret, & porcos pasceret. Senex Anachoreta iam præsens, subulco salutato, dixit: Deo seruire vehementer opto, dic

mihi, quid ad hoc mihi facto opus? Dicit alter: Faciesne, quod dicam? respondit senex: Faciam. Tunc subulcus: Summe hoc flagellum, & vade porcos pastum. Obedit senex: nam Deo seruire, & quod ei ad perfectionem deerat, adipisci optabat. Ibatque bonus senex cum flagello, pascebatque porcos, & qui eum norant, qui frequentes erant, eo quod sanctitatis eius fama regionem illam peruagata esset, dicebant: Vidistin' senem illum, de quo tam magna audiimus, stultus factus est, & pascit porcos, frequentia ieiunia & abstinentiæ cerebrum eius debilitarunt, & cum ad insaniam redegerunt. Bonus tamen senex omnia hæc audiens, summa patientia & humilitate illa ferebat, & aliquot dies in hoc opere persistebat. Videnſque Deus eius humilitatem, quodque has contumelias & iniurias æquo ferret animo, iussit ut in locum suum rediret.

In Prato spirituali dicitur de quodam *Pratum spirituale.* sancto Episcopo, quod relicto episcopatu & dignitate venerit in sanctam ciuitatem Hierusalem, ut ibi vilipenderetur, nemini enim ibi notus erat, & vili veste induens, operam suam ut operarius operibus publicis addixit, & labore suo vitætrauit. Erat ibi Comes quidam Ephremius nomine vir pius & prudens, cui operum publicorum urbis cura concredita erat, qui sæpius sanctum Episcopum humi dormientem videbat, simulque igneam columnam ab ipso orientem, & ad cælum vsque pertingentem. Quod mirabatur, quod hominem cerneret pauperem, & adificiorum puluere & terra sordidum, coma promissa & barba, qui que tam vili & abiecto operi se addixerat. Quodam tempore se non cohibere valens, ad se illum vocat, & quærit, quis sit? Sanctus respondet, se vnum ex ciuitatis pauperibus esse, & se hoc labore viuere, quod aliud ei non esset medium, quo se aleret. Hæc responsio Comiti minime satisfecit, quod Deus hac ratione seruum suum honorare vellet, humilitatem eius manifeste-

nifestans. Hincque bis, ter, sapiusque eum interrogauit, quis esset, tanta instantia, vt illum aperire egeret, quis esset, quod tandem duabus conditionibus dixit se facturum: quatum prior erat, ne, quamdiu viueret, alicui aperiret, quid dicturus erat: posterior, ne nomen suum dicere egeretur. Quibus concessis, dicebat se Episcopum esse, & vt honorem & existimationem fugeret, eo venisse.

Climach. c. 1. Iohannes Climachus narrat de quodam viro graui Alexandrino, qui petebat in quoddam monasterium admitti. Videbatur Abbati ex aspectu & alijs signis homo durus, arrogans, & sæculi vanitate turgidus, ideoque illum secunda humilitatis via ducere volebat, ideoque illi dixit: Si vere decreueris tollere & ferre Christi iugum, tibi, vt obedientiæ laboribus exercearis, permittendum est. Respondit ille: Vt ferrum in fabri manu est, vt ex eo faciat, quod vult, sic & ego, Pater, me submitto omnibus, quæ imperabis. Volo ergo (ait ille) vt ad portam monasterij stes, & ad genua procumbas omnium, qui intrans & exeunt. & dicas, vt Deum pro te rogent, quod magnus peccator sis. Ille mandato huic plene obediuit.

Oblatio ad humilitatem.

Et postquam septem annos continuos hoc in exercitio transegisset, eoque magnam sibi humilitatem acquisuisset, voluit Abbas illum in monasterium admittere in aliorum consortium, & sacris Ordinibus initiari, quod hunc honorem optime meritis esset. Sed ipse multis vsus intercessoribus, & inter alios iancto Iohanne Climacho, à Superiore obtinuit, vt eodem loco & exercitio relinqueretur, in quo hætenus fuerat, donec curriculum suum absolueret, quasi prælagiens vel conijciens finem suum iam instare.

Ita factum fuit; nam post decem dies Dominus illum ad se vocauit, quem monasterij ianitor post septem dies sequutus est, cui in vita sua promiserat, quod si contingeret illum partem aliquam eum

Deo habere, peteret, vt sibi socius esset, quod & euenit. Dicit præterea idem Sanctus, quod dum hic viueret, & se hoc humilitatis exercitio exercebat, se illum interrogasse, quo se occuparet, & quid tunc temporis cogitaret? illumque respondisse: Quod sibi exercitium fuisset, se indignum monasterij consortio, & Patrum adpectu putare, vel vt oculos attolleret, vt eos adspiceret.

Dicitur in vitis Patrum, Abbatem Iohannem retulisse, Philosophum quendam discipulum habuisse, qui aliquid commisit, quare ei dixit Philosophus: Non tibi ignoscam, nisi aliorum tres annos toleres. Fecit, quod iusserat, & venit, vt si ignosceret, sed iterum dixit Philosophus: Non ignoscam, nisi præmia des tribus annis, qui te iniuria afficiant. Quod & fecit, & tunc illi ignouit, & dixit illi: Iam tibi Athenas ire licet, & sapientiam discere. Iuit ille Athenas, & Philosophus alius iniurias dicebat illi, qui veniebant, vt illum audirent, vt experiretur, num patientes essent. Cumque illi iniuria fieret, & ille rideret, dicebat illi: Quare rides tu, dum ego te iniuria afficio? Respondit: Tres annos dona dedi, vt mihi iniuriam facerent, & eo inuento, qui mihi gratis iniuriam facit, nonne vis ridere? Tunc ait Philosophus: Ingrede, tu aptus ad sapientiam discentum es. Vnde concludebat Abbas Iohannes, patientiam portam esse ad sapientiam.

P. Perrus Maffæus in vita Patris nostri beati Ignacij refert, quod quodam tempore Venetijs Patrum peregrinans, cum Patre Iacobo Laines, lacerna admodum detrita laceraque indutus: percurius quidam puer ad eos repente aduolans, cepitq; cachinnos tollere, eiq; licentius illudere. Ignacius placido vultu subleuit, comes ad eum conuersus petebat, cui gradum non acceleraret, & pueri se petulantia non subtraheret? respondit Patrum: Car puerum hunc hac tanta oblectatione fraudem, quæ illi oblata est: tumque

diu substitit, donec puer eum videndo & ridendo saturasset animum, plus ex hoc sui contemptu hauriens voluptatis, quã mundani ex vulgi plausu vasta que acclamatione percipiunt.

De P. Francisco de Borsia in eius vita refertur, quod quodam tempore iter faciens cum patre Bustamante, qui ipsi socius erat, venerit in quandam domum in qua cubiculum non erat, vt dormirent, nisi locus angustus, & aliquot straminis fascies: decumbunt patres, & P. Bustamante ob senectutem & asthma, quo laborabat, totam noctem tussiebat & spuebat, & putans se versus parietem spueret, in P. Franciscum & saepe eius faciem spuebat. Pater nec verbum quidẽ dicebat, nec se loco mouebat, nec affligebat ob eam causam. Mane videns Pater Bustamante, quod contigerat, valde erubescerebat. P. vero Franciscus seruans eundem vultum & hilaritatem, vt illum consolaretur, aiebat: Non turbare ideo Pater, certum enim tibi sit, in toto loco nihil fuisse dignius, vt conspiceretur, quam ego.

CAPVT XXV.

De humilitatis exercitio, quod in Religione habemus.

S. Basilius praeferebat & anteponens vitam monasticam solitariae, inter opinionis suae rationes haec vna est, quod, praeterquam quod solitaria periculis sit obnoxia, non sit tam apta & sufficiens ad virtutes necessarias acquirendas, vt monastica, eo quod vsu & earum exercitio careat. Qua enim ratione se in humilitate exercebit, qui non habet coram quo se humiliet. Quo modo charitatem & misericordiam usurpabit, cui cum altero non est commercium & communicatio? qui patientiam exercitabit, qui resistentem ei, quod petit, non habet? Religiosus vero qui in commune viuit, multas habet comoditates omnes has necessarias vir-

Rodriguez exercit. pars 2.

tutes parandi, quod occasionem habeat in omnibus his se exercendi. In humilitate, quia habet, cui se humiliet & subiciat: in charitate, habet enim cum quo illam exerceat: in patientia, nam qui totum cum hominibus tractat, nuquam desunt ad eam occasiones: eodemque modo liceat per omnes virtutes discurrere. Multum omnes Religiosi Deo obligati sumus, ob magnam gratiam, qua exhibuit nos ducendo ad religionem, in qua tanta est dispositio & media & virtutes assequenda; & profecto est virtutum schola. Nos tamen praeter alios illis specialiter obligamur, praeter enim media communia, nobis alia particularia largitus est, & praesertim ad humilitatem parandam, hocque ex regula & constitutione. Sic vt si regulas bene seruauerimus, valde humiles erimus, in illis enim sufficiens ad hoc habemus exercitium. Talis est regula illa & constitutio, quae praecipua & maximi ponderis est in Societate, quae iubet, vt omnes errores & defectus, & res quaecunque, quae notatae, & obseruatae fuerunt superioribus per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur. Vt & illa, quae iubet, vt totam conscientiam nostram superiori aperiamus, non celando tentationes, passionem & malas inclinationes, & omnes defectus & miserias: & quamuis verum sit id ob alium finem ordinari, vt suo loco dicemus; tamen non est dubitandum, quin magnum sit humilitatis exercitium. Notandum, quod dicatur ad maiorem obiectionem & propriam humilitatem, hoc enim est, quod dicimus. Si veram humilitatem assequi vis, gaudebis omnes defectus tuos maioribus manifestari. Ideoque bonus & humilis religiosus ipse defectus suos superiori declarat, & petit pro illis poenitentiam, & studet primus esse, a quo superior eorum notitiam habeat. Et non solum hoc sed multo maius humilitatis exercitium in Societate habemus, publice enim & coram omnibus errores tuos indicas, vt te contemnant & vilipendant: quod exercitii huius humilitatis finis est, & non vt te

Societatis homines praesertim ad gratiam agendas ob vocationem obligati.

3. p. tract. 7. Reg. 9. summarii c. 4. Exa § 3.

3. p. constit. 6. 1. § 12. & reg. 40. & 41. summarii.

*Interior dum
exterior ex-
ercetur, ex-
ercendo.*

humilem & mortificatum habeant, hoc enim non humilitatis, sed superbæ exercitium & actus esset. Eodem spiritu capiendæ & considerandæ sunt reprehensiones, non tantum particulares & secretæ, sed & publicæ, & coram omnibus factæ. Et quantum ad te attinet, gaudendum tibi est, si hoc sincere fiat, & si omnes ita sentiant, & te pro tali habeant. Et in generali vsus & exercitium omnium pœnitentiarum & exteriorum mortificationum, quæ in societate sunt, multum prodest ad acquirendam, & conseruandam humilitatem, vt sunt: pedes osculari, sub mensa comedere, vel genibus flexis, procumbere & prosterni ad refectorii ostium, &c. Si hæc eo spiritu, quo debent, fiant, multum utilitatis adferent ad veram parandam & conseruandam humilitatem. Dum sedes vt humili odas, faciendum tibi est cum interiore tui ipsius cognitione, quod indignus sis cum fratribus tuis mensæ accumbere, & dum ipsorum pedes oscularis, quod indignus ac terram quidem, quam pedibus calcant, osculari: Dumque te prosternis, quod dignus sis, vt omnes tibi os calcant: & desiderandum tibi, vt sic omnes de te sentiant optimumque foret, dum quis has facit mortificationes, vt se interior exerceret hisce considerationibus, vt sanctus ille Monachus, qui septem annos in monasterii porta stetit, de quo capite præcedente dictum est, hoc enim pacto utilissimæ fuerint, & in corde humilitatem gignent. Sin hæc sine spiritu & solum exterius feceris, parum proderunt. Vt enim ait S. Paulus: *Corporalis exercitatio ad modicum utilis est.* Idque solum est quid facere ex consuetudine & decoris causâ, dum tantum exterius fit sine spiritu, & non habito fine, ad quem dirigitur.

*ad Tim. 4.
3.*

Si postquam osculatus fueris fratrum pedes, & ipsis te calcandum prostraueris, illis verba austera & morosa dicis; vnum cum altero non recte conuenit, signumque est illud solum consuetudinem, vel hypoetism fuisse. Eiusmodi &

multa alia humilitatis exercitia in Societate ex regula & constitutione habemus. Hic ea memoriæ ergo ponere volui, licet superius ob aliud in medium allata fuerint, vt illa oculis subiiciamus, eaque sint, quibus præsertim humilitatem exerceamus, ad virtutem & mortificationem ostendamus ei esse necessariam, ad exacte ordinis sui regulas & constitutiones obseruandas, in his enim profectus & perfectio nostra præcipue sita est. Est vires sibi & virtus non sint, vt in praxim deducas illa, quæ humilitatis & mortificationis sunt, ad quæ te regula & instrumentum tuum obligat, nihili fac quicquid habes. Vt & de quocunque Christiano dici potest, præcipuum, ad quod necessaria ipsi est humilitas & mortificatio, esse ad Dei legem seruandam, sicque non habeat ad idem, parum vel nihil proderit. Si humilitatem non habeat, & mortificationem, vt erubescendum quid confiteatur, sed verecundia, vel vt rectius dicatur, superbia omittet, & transgredietur tantum mandatum quid proderit, quicquid habeat vel faciat, quandoquidem ideo solum damnabitur? Idem & suo modo de Religioso dici poterit: si humilitatem non habeas, vt superiori conscientiam tuam aperias, & eam tamque primam regulam serues, ad quid prodest humilitas & mortificatio? Si etiam ferre non possis, vt alter errores tuos ad superiorem deferat, vt reprehendat tibi esse humilitas? Si eandem non habes, vt reprehensionem & pœnitentiam recipias & humile & abiectum munus obeas, & eo gradu ponaris, quo Societas te ponere vult; ad quid seruit humilitas & in differentia, & ad quem finem volunt superiores? Hac ratione potest quisque Religiosus enumerare speciatim, quæ ordinis sui sunt, & quisque alius ea quæ status eius sunt.

CAPVT XXVI.

*Cauendum ne verba proferamus,
quæ nostræ laudi seruire
possunt.*

Sancti & vitæ spiritualis magistri Basilii, Gregorius, Bernardus, & alij monent, caueamus nos magna diligentia, ne verba proferamus, quæ laudi & exultationi nostræ seruire possunt, secundum illud, quod Sanctus Tobias filium suum monebat: *Superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas.*

Exacte respicit S. Bernardus ad hanc rem illud S. Pauli. *Parco autem ut quis me existimet, supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.* Magna quædam de se dixerat Apostolus, quod sic auditoribus conueniret, & ad maiorem Dei gloriam necesse foret, & alia maiora proferre potuisset, quandoquidem in tertium vsque celum eleuatus erat, ubi viderat & audierat maiora, quam quæ lingua eloqui poterat: sed dicit ea se omittente, ne quis putet plus, quam in eo erat, aut videat in eo. Dicit Sanctus Bernardus: *Quam pulchre dicit: parco. Non parcat sibi arrogans, non parcat sibi superbus, non cupidus vana gloria, & iactator actuum suorum, qui vel sibi arrogat, quod est, vel mentitur quod non est. Solus, qui vere humilis est, parcat animæ suæ, qui ne putetur quod non est, semper quantum in se est, vult nesciri, quod est.* Et specialius de eo agens dicit: *Loquens nihil dicat, unde multum eruditus, multumque religiosus possit putari: nihilque quod possit laudi tuæ accedere, semperque cauendum ne dicas, quod magnum in eo periculum situm sit, quamuis vere dicere possit. & ad ædificationem, & videaris tibi dicere ad alterius bonum & commodum, sufficiat tuum esse, ideoque non dicendum. Hic valde continens esse debes, ne bonum fortasse, quod fecisti, perdas.*

S. Bonauentura ait: *Nunquam de scientia, vel de seculo statu se iactent.* Numquam verba profer, quibus intelligatur, quod scias, vel habilis sis, vel aliquid ingenium, vel singulare talentum habens, ne quid facias, ex quo aduertatur, quod in sæculo aliquid fueris. Valde indecens in religione se de nobilitate & suorum dignitate iactare, stemmata enim & dignitates ventus leuis est, & ut quidam quærebat: *Scis ad quid conducatur nobilitas? ut contemnatur, ut opes.*

Quod hic magni fit, est virtus & humilitas, quam habueris, hoc est, quod hic magni fit, quod extra religionem eras vel non eras; aer & ventus es & qui de his in religione gloriatur, vel illa magni ducit; vanitatem & pusillanimitatem suam prodit, talis mundum non reliquit nec contempsit. Dicit Sanctus Basilii: *Qui natus est ex spiritu secundum Domini vocem, & potestatem accepit fieri filius Dei, eum cognationis secundum carnem pudet, & eam obliuiscitur.* In omnibus propriæ laudis verba sordent & displicent, ideoque dicit adagium: *Laudis in ore proprio vilescit.* Et rectius Sapiens: *Laudet te alienus & non os tuum, extraneus, non labia tua.* Prouerborum 27. vers. 1.

In ore tamen Religiosi magis dedecent, quod tam eius professioni aduersentur, hincque quo quis putat se magni ducendum, eo contemnitur & vilipenditur. Sanctus Ambrosius in illa Prophetæ verba: *Vide humilitatem meam, & eripe me.* Dicit quamuis quis sit infirmus, pauper, & infimæ sortis homo, si non superbiat, nec se alteri præponere nititur: *Ipsæ humilitate commendat, & facit se amari & æstimari.*

Hoc totum supplet: & contra quantumlibet quis valde sit diues, nobilis, potens, & quamuis sit valde doctus, & magnis qualitatibus & donis præditus; si se iactet, & extollat: *Insolentia sibi vilis est, & hoc ipso se spernit &*

Bonauent. in
specul. disp. p.
3. c. 3.
Sci iacta vitanda.

Basil. in reg.
breui. 90.
Propria laus
sordet Humili.

Ambros. ser.
20 Psal. 118.
153.

contemnit & abiicit, & ab aliis parui fit & contemnitur, nam superbus habetur.

*Metaphra-
stic & Surius
in vita Ar-
senii.*

De Abbate Arsenio in eius vita legitur, quod quantumuis in mundo illustris & excellens eruditione fuerit, nam Theodosii Imperatoris filiorum, Arcadii, & Honorii scilicet præceptor & institutor fuit, tamen nunquam post ex eius ore verbum auditum fuerit, quod magnitudinem sciret, uel prodere illum eruditum esse, sed cum aliis monachis tanta cum humilitate, & simplicitate egerit, quasi omnis esset eruditionis expertus: sed ipse à monachorum simplicioribus petierit ea, quæ spiritus sunt, dicens se in altissima scientia indignum esse, ut eorum diceretur discipulus. Similiter in S. Hieronymi vita dicitur, illum nobilissimo fuisse genere prognatum, & tamen in omnibus eius scriptis non inuenire est ullum verbum, quo id indicari possit.

Hieronymus.

*Bonau. de in-
form. nouis.
p. 1. c. 25.
Ratio cur
propria laus
uisanda.*

Adfert S. Bonauentura aliam bonam rationem: Sciendum vix in te esse non posse, quid bonum & laude dignum, quod in alios non diffundatur, quodque non sciant & intelligant, si que tu taceas & celes, placebis magis, & laude dignior eris: tam ob virtutem, quam quod eam celare volueris: sin illam in lucem proferas & aliis apponis, risui eris, & ex quo ritu edificabuntur, & te magni faciebant, te contemnent & vilipendent. Hac in parte virtus precioso odori similis est, qui quo plus tegitur, eo plus odore proditur, & si aperte fertur, breui odorem perdit.

*Greg. lib. 3.
dialog. c. 33.*

Refert S. Gregorius de quodam Abbate Eleutherio nomine, qui quodam tempore iter faciens nocte ad Monialium cenobium diuertit, ubi in quadam domo hospitium illi assignarunt, in qua erat iuuenis valde à diabolo vexatus, qui illi nocte fuit socius. Die illucescente interrogarunt moniales, an illa nocte quid iuueni accidisset; respondit, quod non: Tunc dicebant illum valde à diabolo vexari & enixe rogarunt, ut illum secum ad monasterium duceret. Consensit senex,

cumque diu in monasterio fuisset, & hostis antiquus illum accedere non aude- ret; fuit senis cor inordinata aliqua letitia & vana satisfactione captum ob iuuenis salutem, & monachis dicebat: Frater diabolus moniales vexando iuuenem tenebat; sed postquam ille ad Dei seruorum monasterium venit, diabolus illum accedere non audeat. Illo hæc dicente statim iuuenis à diabolo vexatus fuit; quo visio sanctus senex amare flere cepit, videns vanam suam gloriam causam tanti infortunii fuisse, & monachos consolando dicebat, ne quis eorum quid ederet, donec iuueni sanitas impetrata esset. Et omnes se in oratione prosternentes, non prius surrexerant, quam iuuenis sanitas impetrata foret. Vnde videre est, quam Deus abhorreat ea, quæ aliqua ex parte propriam laudem sapiunt, licet & ridendo & quasi facetiæ dicantur, ut appareat illa senem hunc dixisse.

CAPVT XXVII.

*Qua ratione nos exercere debemus
in hoc secundo humilitatis
gradu.*

Pater noster in constitutionibus ponit hanc insignem & tantæ perfectionis regulam, de qua superius diximus. Quod quemadmodum mundani homines tantum cum diligentia diligunt, & quarunt honores, famam, magni nominis existimationem in terra; sic qui procedunt in spiritu, & serio Christum Dominum nostrum sequuntur, amant, & ardent exoptant contrarium nimium, contumelias, falsi testimonia & iniurias pati, ac stulti haberi & existimari, nulla tamen ad id per eorum data occasione, eo quod exoptent assimilari ac imitari aliquo modo Creatorem ac Dominum nostrum Iesum Christum. Et iubet ut ab omnibus, qui societatem ingredi cupiunt, idem desiderium habeatur. Durum sane videretur, nouitium recentem à mundo resectum & adhuc sanguine stillantem examinari in tam stricta & tan-

& tantæ perfectionis regula. Vnde videre erit, quantam a nobis perfectionem institutum nostrum exigit. Vult homines, qui se vere abnegarunt, & qui mundo toti mortui sunt. Verum quia id difficile & magnæ perfectionis est; addit pater noster, si quis ob humanam fragilitatem & miseriam, huius tam ardens in se desiderium non aduertit, vt ab eo quærat, an saltem non velit tale desiderium habere, & hoc, quod paratus sit patienter ferre, dum similes se offerent occasiones, contentus est. Hæc enim bona est dispositio ad discendum & proficiendum, sufficitque vt nouitius ingrediatur cum desiderio sciendi, quid sibi faciendum incumbat, & se ei applicet, hocq; modo id assequetur. Religio virtutis & perfectionis schola est, ingrediere hoc desiderio, & desiderio tuo poteris.

Incipiamus ergo hinc hoc exercitium & paulatim progrediamur. Dicis te non sentire in te desiderium, vt contemnaris & paruis, sed te velle sentire. Incipe hinc de oratione exercere in hac humilitatis virtute, & dic cum Propheta: *Concupiuit anima mea desiderare in iustificationes tuas in omni tempore.* Domine, quam procul me video a viuis & inflammatis illis desideriis, quæ sancti illi & vere humiles, habuerunt, vt a mundo vilipenderentur. Multum Domine vellem ad huiusmodi desideria pertingere, desiderare desidero. Bonam viam incedis, valde bonum principium & dispositio est ista ad id consequendum persiste, & hic in oratione persista, & roga Deum, vt tibi coremolliat, & insiste ibi aliquot dies, Deo enim grata sunt huiusmodi desideria, & ea lubenter audit. *Desiderium pauperis exaudiuit Dominus: preparationem cordis eorum audivit auris tua.* Breui dabit tibi Dominus desiderium aliquid eius amore patiendi, & aliquam penitentiam pro peccatis faciendi, & tibi dato, in quo oportunius hoc desiderium patiendi impendere poteris? Et in quo maiorem penitentiam facere poteris, quam vt contemnaris, & vilipendaris iplus a-

more? in tuorum peccatorum compensationem. Vt faciebat Dauid, dum Semei ei maledicebat & ignominia afficiebat: *Sinite illum, dicebat, ne forte Dominus has contumelias & contemptus suscipiat in peccatorum meorum compensationem, eritque mihi magna felicitas.*

Dumque Deus hanc tibi gratiam fecerit, vt in te sentias desideria hæc contemptus & vilipendentia, vt sic Christo assimiletis & eum imiteris, non cogitandum tibi est, iam confectum esse negocium, & humilitatis virtutem iam partam esse; sed credendum iam incipi hanc virtutem in anima tua plantari & locum sumere.

Idcircoque non leni brachio hæc desideria percurrenda, sed in iis persistendum, & diu in illis exercendum. donec talia & tam efficacia sint, vt in opus deducantur. Dumque eo peruenieris, vt videaris occasiones æquo animo ferre, quæ se offerunt, eodem in opere multi gradus & ascensus sunt, qui ascendendi, vt ad humilitatis perfectionem perueniatur. Ante omnia enim opus est, vt omnes sese offerentes occasiones æquo animo feras, quæ ad tui contemptum & vilipendentiam pertinent. In quo ad aliquot dies negocium habebis, & forsitan diu. Postea progrediendum est, & non subsistendum, nec animo cadendum, donec contemptu & iniuria gaudeas, tantumque in eo voluptatis & delectationis sentias, quantum mundani in omnibus mundi honoribus diuitiis & deliciis, secundum illud Propheta: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.* Duntaxat aliquid ex natura desideramus lætamur, dum consequimur, & si multum desideremus, multum lætamur, & si parum, parum. Hoc ergo tibi signum sit, vt scias num vere desideres contemni & paruis fieri, etsi in humilitate progrediaris: Idemque valet in cæteris virtutibus.

Vt medio hoc orationis magis proficiamus, eoque magis cordi nostro virtus

1. Reg. 16. 11.

Diu desiderium humilitatis subsistendum.

Psal. 118. 14.

Signum vere humilitatis.

Cap. 16.

2. p. tract. 5.
cap. 16.

imprimatur; in eo ad particulares & difficiles casus descendendum est, qui nobis occurrere possunt, quasi praesentes essent animum sumentes & in actum illas deducentes, donec nihil nobis obstat, sed omnia facilia videantur. Hoc enim modo extirpatur vitium, & virtus imbibitur, & animum intrat & perficit. Apta ad hoc dari potest similitudo ab aurifabris sumpta, qui ad purgandum aurum feruantes illud diu in fornace, dumque iam fufum est, addunt granum vnum sublimati, & incipit aurum magna vehementia feruere, donec sublimatum consumatur, quo consumpto, sedatur aurum. Post aurifaber alterum sublimati granum addit, & feruere rursus incipit aurum, sed non vehementia vt ante, & consumpto sublimato, iterum sedatur aurum.

Rursus tertio iniicit parum sublimati, & rursus feruet aurum sed quiete. Quarto sublimati parum auro addit, tuncque nihil se propter sublimatum commouet aurum, quasi nihil additum esset: tum enim purificatum est, idque purificationis auri signum est. Hoc ergo & nobis in oratione faciendum, ei addere aliquid sublimati imaginando aliquid mortificationis & contemptus ergo se offerre, & si turbari & commoueri incipias, insiste, donec orationis calore sublimati granum consumatur, & resiste, & quiete & tranquille in eo mane.

Post aliud sublimati granum iniice, cogitando, aliud quod difficile & magnae mortificationis & humiliationis negotium se offerre, etsi tamen ferbeat & turbetur natura, perseque donec consumas, & tibi sopiatis: & iterum atque iterum aliud adde granum & dum in te motum non excitat, nec turbationem generat sublimatum, sed in quo cunque sese offerente & occurrente negotio pacem & quietem habes, aurum probatum & purificatum est. Idque signum est te virtutis perfectionem adeptum esse.

CAPVT XXVIII.

Qua ratione particulare examen
sumendum ex virtute
humilitatis.

Particulare examen, vt suo loco diximus, semper de vna re sola faciendum: hac enim ratione medium hoc efficacius & maioris energiae est, quam si multa simul conglobentur, ideoque particulare dicitur, quod de vno solo fiat. Idque tanti est momenti, vt vitium vel virtus aliqua saepius & plerumque per partes, & paulatim sumenda sit, vt quis facilius, quod intendit, assequatur. Hocque hic in virtute vsu venit, si sumere examen vis, vt superbiam ex corde extirpes, & humilitatis virtutem assequi, non in generali sumendum est, humilitas enim & superbia multa complectantur & si sic in generali sumas, sicque nusquam superbas, sed vbique humilis eris: latum examen est, & latius erit, si de duobus vel tribus instituat, sicque nihil efficit, sed paulatim & per partes instituum est.

Aduerte in quo communiter soles humilitatis sentire defectum, & superbiam habere, & hinc incipe, & postquam vno absoluueris, aliud sume, & post aliud, & sic paulatim in te extirpabis superbiam vitium & humilitatem acquires. Hoc ergo hic diuidemus & sub diuidemus, vt tanto commodius & maiore cum fructu fiat huius virtutis tam necessariae particulare examen.

Sit ergo primum verba non loqui, quae laudem & existimationem propriam oolent. Cum enim vitium hoc appetit honoris & existimationis nobis quasi congenitum sit, & tam altas in corde nostro egerit radices vt quasi non lentientibus aut aduertentibus nobis lingua verba effutiat, quae directe vel indirecte laudem nostram sapiant. Ex abundantia enim cordis diu os loquitur. Simulatque honorificum quid

quid se offert, vellemus eius pars esse & dicimus. Illic eram, causa fui cur ita fieret, nisi per me stetisset, &c. Primo hæc res mihi oblata est, affirmit si tale non fuisset negotium, et si pars illius fuisset, tacuisses. Huiusmodique multa sunt verba, quæ sæpe non aduertimus, donec illa dixerimus. Ideoque conducit de hoc particulare examen institui, vt hac inspectione & bona consuetudine malam illam abrogemus, quam habemus, & nobis quasi congenita est.

Secundum est, quod nos monet sanctus Basilius, vt & SS. Hieronymus, Augustinus, & Bernardus: vt non lubentes audiamus nos ab alio laudari, & bona de nobis narrari: nam & hic magnum periculum situm est. Dicit Sanctus Ambrosius, dum diabolus pusillanimitate & desperatione frangere non potest; laborat nos præsumptione & superbia deducere. & dum nos dedecore vincere non potest, facit nos laudari & honorari, vt ea nos ratione perdat. In vita S. Bachonii legitur, illum solitum fuisse monasterio exire ad partes solitarias, vt oraret, eoque redeunte sæpius veniebant dæmonia, & vt veniente magno exercitu cum Imperatore multis comitato, illum præcedebant, & impedimentis remotis, dicebant: *Date locum homini Dei, date locum homini Dei*, vt periculum facerent, an hac ratione illum ad superbiam erigere possent, ipse vero ridebat & illudebat illis. Idem & tu fac, quando te laudari audis, vel honoris cogitationem subit. Persuade te diabolum, audire hæc tibi dicentem, & ride & illude illi, sicque hac te tentatione expedies.

S. Ioannes Climachus de hoc particulare quid refert. Dicit diabolum cuidam monacho aperuisse prauas cogitationes, quibus alterum impugnabat, quod id eo fecit, vt ille qui impugnatus erat, audiens ex huius monachi ore id, quod in animo habuerat, monachum Prophetam esse duceret, & laudaret, & sanctum prædicaret, & sic superbiret, Vnde

facile videre, quanti faciat diabolus, vt superbia hac cor nostrum repleatur, & vana philautia, quandoquidem torstradibus & dolis conatur. Quare Sanctus Hieronymus ait: *Nos ergo ad patriam festinantes, mortiferos syrenum cantus surda debemus aure pertransire.* Maris enim huius syrenes vitandæ, quæ homines fascinant, & in iudicio perdunt. Musica hæc humanæ laudis nostris auribus tam suauis est melos, & dulcis harmonia, vt nulla sit Syren, quæ nos ita fascinet, & extra se rapiat: ideoque nos hic surdos esse conuenit, & aures obturare.

Hieronymus.

S. Ioannes Climachus dicit, dum laudamur, oculis subiiciamus peccata nostra, & laudibus iis nos indignos reperimus, sicque ex illis maiorem humilitatem & confusionem referemus. Hoc ergo secundum esse potest, ex quo examen institui potest, vt non gaudeas, quod alius te laudet & bonum de te dicat. Eni & coniungi potest, vt gaudeas, dum alius laudatur & de eo bona dicuntur: quod aliud & maximo momenti est. Dumque inuidiæ aliquem sensum aut motum habes, quod alius laudatur & bona de eo dicuntur, aut delectationem aliquam vanam, quod de te bonum dicatur, erorem & defectum esse persuade.

Climachus quid agendum dum laudamur.

Tertium, vnde examen particulare elicere liceat est nihil agere, vt videamur & æstimemur ab hominibus, quod monet CHRISTVS Seruator noster in Evangelio: Matthæi 6. vers. 1. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis, apud patrem vestrum, qui in cælis est.* Hoc valde vtile examen est, & in multas potest partes diuidi.

3. In bonis nostris distimulandis & occultandis.

Primo potest institui, vt nihil faciant humano respectu: Deinde, vt id fiat Dei solum causa, postea illud exacte facere, vt quod in DEI conspectu sit, & vt DEO non hominibus seruiatur, donec ita fiant opera, vt videantur nos in illis potius amare, quam opera

operari, vt fusius egimus dum loquere-
mur de rectitudine, & puritate inten-
tionis, quam in operando habere debe-
mus.

I. p. tract. 3.
4. In nobis
non excusan-
du dum ar-
guimur.

Quartum, vnde particulare examen
institui potest, est nos non excusare, nam
& ex superbia oritur, dum quid erroris
commisimus, vel nobis ab alio dicitur,
statim excusare volumus, & nobis etiam
non aduertentibus vna excusatio post al-
iam excidit, & quamuis non excusaue-
rimus, statim adhuc excusare conamur.

Psal. 14. 4.
Greg. 1. 12.
moral. c. 9.
Iob. 32. 33.

Ad excusandas excusationes in peccatis. S.
Gregorius in verba illa Iob: *Si abscondi
quasi homo peccatum meum, & celavi in si-
nu meo iniquitatem meam*: ponderat &
examinat verba illa, *quasi homo*, & dicit
homini proprium esse velle celare & ex-
cusare peccatum suum, ex natura enim
nobis hoc vitium aduenit, & heredita-
te primorum parentum ad nos deuolu-
tum est.

Qui se excu-
sat culpam in
Deum re-
fert.
Gen. 3. 12.

Simulatque primus homo peccauit,
inter arborum frödes se abdidit, & à Deo
deinobedientia repræhensus, statim se
muliere excusauit: *Mulier, quam dedisti
mihî socium, dedit mihî de ligno & comedi.*
Et mulier se serpenti excusauit: *Serpens de-
cepit me, & comedi.* Deus interrogabat de
peccato, vt id confitentes & cognosce-
ntes veniam consequerentur.

Ideoque dicit Sanctus Gregorius, ser-
pentem non fuisse interrogatum, quod
illi non esset ignoscendum: ipsique qui se
humiliare, & peccatum agnoscere de-
buerunt, vt veniam impetrarent, illud
augent, & amplificanc excusando &
Deum aliquo modo culpam attribuere
volendo: Domine, mulier, quam mihi
dedisti, causa huius fuit. Quasi dixisset:
Si mihi eam sociam non dedisses, nihil
horum contigisset: serpens quem crea-
sti & paradysum intrare permisisti, me de-
cepit, si non permisisses hic intrare, non
peccassem.

Dicit Sanctus Gregorius, postquam
ore Diaboli audiuerant, se Deo similes
fore, quamuis ei in Diuinitate similes es-
se non possent, volebant Deum sibi simi-

lem in culpa reddere: ideoque culpam ma-
iorem faciunt defendendo, quam fece-
runt committendo. Cum ergo talium pa-
rentum filij simus, vt hominibus hæc no-
bis infirmitas adhæst, simul cum culpa
& mala consuetudine, vt simulatque nos
quis alicuius vitij arguit, statim conemur
id excusando tegere, vt quibusdam fron-
dibus & ramis.

Et sæpe alicui non sufficit se excusasse,
nisi culpam in alium transferat. Sanctus
quidam ita se excusans erinacio æqui-
parat, qui aduertens, venatores illum
capere vel tangere velle, sine omni mo-
ra caput & pedes retrahit, & totum se
spinis velat, & fit vt globus, sic vt neque
tangi, neque capi possit, nisi se quis spinis
induat, vt prius videas sanguinem tuum,
quam corpus suum, vt dicit Sanctus ille,
huiusmodi sunt ei sese excusantes, si e-
nim illos tangere & defectus proponere
velis, statim se vt erinacius defendunt.
Et subinde tepungent, indicantes & te
in eo deficere: aliquando dicent & regu-
lam esse, ne quis alium repræhendant, ali-
quando alios magis errare, & tamen to-
lerari: si erinacium accesseris & rege-
ris; videbis an pungat. Hoc totum exi-
mia nostra superbia, quæ nos regit, pro-
uenit: defectus enim nostros in lucē ve-
nire volumus, nec nos deficientes haberi
& peius nos habet defectus nostros sciri,
& ideo existimationis iacturam nos fa-
cere; quam quod illos commiserimus: il-
licoque illos tegere, & excusare nitimur,
quantum possumus. Et sunt aliqui tam
male mortificati hæc in re, quod ante-
quam quid iis obiiciatur, ipsi præueniant
& se excusant, & rationem eius, quod obi-
ici potest, dare conantur: Si hoc fece-
rim, idea de causa actum: si aliud ege-
rim ob aliam id actum causam. Quis to-
pungit, vt sic exsilias? stimulus & pun-
dio superbiæ, quæ in isceribus domi-
nantur, pungit, & illos exsilire cogit,
quamuis ante horam. Qui ergo in se hoc
vitium & prauam consuetudinem aduer-
tit, vile ei de eo particulare examen in-
stitui, donec nulla tibi sit voluntas viti-
cia

tua celare, sed potius latari te pro vitio-
fo haberi, simulatque peccasti, vt sic com-
pensetur & satisfiat pro peccato. Et licet
non peccaueris, & tamen arguaris, ne te
exceles: Dum Superior causam vel ra-
tionem, ob quam quid feceris, volet sci-
re, ipse a te quarere poterit, vel forsi-
tan tam eam nouit, & solum humilita-
tem explorare vult, & videre quo ani-
mo reprehensionem vel monitionem ac-
cipies.

Quintum, etiam est bonum examen,
cogere & circumcidere superbia cogita-
tiones. Quis tam superbus & vanus est,
vt multae vanae & arrogantes cogitatio-
nes mentem eius subeant: putans se ma-
gna indignitate & munere positum esse.
Nunc te in patria tua te concionantem
cum magno applausu, & multo fructui-
maginatis, iam tibi videris legere & im-
pugnare tales theses & conclusiones, cum
magno astantium murmure & approba-
tione, vel aliis similibus negotiis. To-
tum hoc ex magna illa, quae nos habet,
superbia prouenit, quae his cogitatio-
nibus germinat & gemmas emitit. Ideo-
que valde expedit particulare examen in-
stitui, ad eogendum & circumcidendum
vanas hasce cogitationes: vt & expedit
statim cogi & ligari inhonestas cogita-
tiones, & iudicia, & omnia vitia, quo quis
infestatur.

Sextum etiam bonum examen erit, o-
mnes habere vt Superiores, secundum
quod nos docet regula: vt nos animemus
ad humilitatem, studendo & petendo a-
lios nobis preponere, omnes in animo vt
Superiores habendo, & exterius eum re-
spectum & reuerentiam exhibendo, qua
cuiusque status admittit cum sinceritate
& simplicitate religiosa. Quod ex Apo-
stolo desumptum est. Licet enim in exte-
riori differentia habenda sit pro staruum
& personarum ratione, tamen quod ad
interiorem & veram humilitatem animae
attinet, vult pater noster, vt ipse hanc so-
cietatem & religionem minimam nomi-
nauit, ita quicumq; illi nomen dedit, vult
minimū omnium haberi, & vt omnes a-

Rodriguez exercit. pars 2.

lios superiores & meliores habeat. Hoc
ergo bonū valde & vtile examen fuerit, si
illud non speculatione tantum, sed &
praxi & exercitio sincere in actum dedu-
cere coneris ad quosuis ea humilitate &
respectu, quasi omnes forent superiores.
Si enim alium pro superiore habueris, nō
illi libere, nec austere loqueris, multo
minus verbis mordacibus & pungenti-
bus vel mortificatibus: nec illum tam fa-
cile iudicabis, nec grauius feres te ab il-
lo modo tractari: Et haec omnia vt defe-
ctus annotanda sunt, dum in horum exa-
men incidaris.

Septimum, de quo particulare exa-
men in hac materia potest institui, est in
bonam partem accipere omnes sese offe-
rentes humilitatis occasiones. Soles gra-
uiter ferre, dum quis tibi verbum ali-
quod dicebat, vel dum quid resolute &
cum imperio iuber, vel dum videris non
tanti ab eo, ac, alij fieri. Examen insti-
tue vt aequi boni consulas has & alias oc-
casiones, quae in tui vituperationem re-
dundare possunt. Hoc examen omnium
maxime proprium & vtilissimū est, quod
adferri potest ad humilitatem consequen-
dam.

Præterquam enim, quod præuenia-
mus quicquid se offerre potest, & de die
necesse nobis est, hoc examine possumus
in virtute progredi, & tres illos gradus,
quos in virtute posuimus, ascendere. Pri-
mo an omnia haec aequo animo tolerare
poteris, deinde illa prompte & facile ac-
cipere, donec non obistas, nec quid ho-
rum magnificias: postea inde consequi
vt cum gaudio illa feras & ob contemptū
tuum laceris: in quo, vt diximus, humi-
litis perfectio sita est.

Octauum, vnde quis particulare exa-
men facere poterit, tam in hac, quam si-
mili materia, est aliquos actus & exerci-
tia humilitatis aut alterius virtutis, cu-
ius examen instituitur, facere, tam ex-
terioris quam interioris, in iis se toties ma-
ne & toties vespere exercendo, pauciori-
bus actibus incipiendo & plures adden-
do, donec eius virtutis habitum & con-
suetu-

7. Omnia be-
ne interpreta-
sando.

Cap. præce-
denti.
8. Exerce-
do actus hu-
militatis.

suetudinem sibi pariat. Hoc modo inimici separati, & singulariter impugnati facilius vincuntur, & breui quod petitur acquiritur.

CAPVT XXIX.

Cum humilitate consistere posse, ab hominibus existimari & magni fieri.

Solet circa humilitatem certum se offerre dubium; cuius solutio nobis magni est momenti, ne nos lateat, quomodo hic nos gerere debeamus. Dicimus communiter & conuenienter Sanctorum doctrina, desiderandum esse vt contemnamur, abiiciamur & vilipendamus & nullo loco simus. Statim altera ex parte se offert, quomodo ergo cum proximis fructum faciemus, si nos contemnant, & nihili faciant? Ad hoc opus auctoritate apud illos pollere, & in bona apud eos esse opitacione & existimatione. Ideoque non malum, sed bonum videbitur expetere, vt aestimemur & magni ab hominibus fiamus. De hoc dubio tractant SS. Basilius. Gregorius & Bernardus, & huic apposite respondent, quod quamuis verum sit mundi honores & existimatione fugienda esse ob magnum in iis situm periculum, & quod ex nostra parte, & quantum ad nos attinet, expetendum sit vt spernamur & vilipendamus; tamen ob bonum aliquem finem & maius Dei seruitium licite & sancte hominum honor & existimatio desiderari potest. Ideoque dicit Sanctus Bernardus, quod quantum ad nos pertinet, nobis petendum est, vt alii noceant, & de nobis sentiant, quod nos de nobis ipsis sentimus & noscimus, & nos pro talibus habeant, quales nos ipsos habemus. Sapius tamen dicitur expetere, vt alii hoc sciant: ideoque aliquando permittitur sancte & licite petere, vt defectus nostri ipsos celebentur ne inde damnum incurrant, & in ipsis profectus aliquis spiritualis impediatur.

Basilius reg.
brevib. 185.
Greg. lib. 22.
moral. cap. 9.
Bern. ser. 42.
sup. Cantica
Humili ali-
quando honor
expetendus.

Necesse tamen id recte a nobis intelligi & stricte & magno spiritu, nam huiusmodi veritates soleat sub veritatum colore aliquibus magno damno esse, quod iis vti aesciant. Idem sancti clare hanc doctrinam exponunt, neinde errandi ansam arripiamus. Dicit Sanctus Gregorius: *Non nunquam etiam sancti viri de bona sua opinione gaudent, sed cum per hanc ad meliorem proficere audientes iurant, & vti in spiritualibus maiori auxilio sint. Nec iam de opinione sua, sed de proximorum gaudent utilitate, quia aliud est fauores quarere, & aliud de presertim exultare.*

Idque dicit Sanctus Gregorius non est de sua existimatione & opinione gaudere, sed de proximorum utilitate & fructu inter qua magnum discrimen est. Vnum est honores & existimationem humanam per se amare, & in iis subsistendo pro proprio commodo & delectatione, & vt magnus quis habeatur, & hominum opinione celebris: quod malum est: & aliud est, quando hoc ob finem aliquem bonum amatur, vt pro proximorum commodo, & ad animarum fructum colligendum: idque non malum sed bonum est.

Hocque modo licet nobis honorem & existimationem expetere, & vt bonam de nobis homines habeant opinionem ad maiorem Dei gloriam, & quod sic necesse ad proximorum aedificationem sit & vt in illis fructus fiat. Hoc enim non est de suo honore & existimatione gaudere, sed commodo & bono proximi, & maiore Dei gloria, vt ille qui sanctitatis causa purgationem admittit, quam tamen ex natura abhorret; sic & ille, qui humanum honorem quem fugit & spernit, expetit & admittit, vt eo casu modicum necessarium vel utile ad Dei seruitutem & animarum salutem, dicitur et reillum nihil aliud nisi Dei gloriam petere.

Sed inquiramus, qua ratione cognoscatur, num aliquis pure & pro Dei gloria & proximorum salute gaudet ob hominum

nam honorem & existimationem, vel an pro se & proprio suo honore & existimatione gaudeat. Hoc enim delicatum & caput huius rei est, & in quo omnis huius negotii difficultas consistit. Huic S. Gregorius respondet: *Qua in re necesse est, ut cum audientium utilitati non proficit, mentem nostram fama laudabilis non eleuet, sed fatiget.* Tam Dei causa & tam pure ob honorem & existimationem gaudendum, ad maiorem eius gloriam & proximorum bonum; vt non solum non ideo gaudeamus, sed potius fastidium pariat. Sic vt cor nostrum & desiderium, quantum in nobis est, semper ad dedecus & contemptum propendere debet, dumque eius se nobis offert occasio, animo ea arripienda atque gaudendum est, quasi id adepti, quod expecebamus. Honorem vero & existimationem desiderare debemus solummodo, in quantum illa ad proximorum edificationem necessaria sunt, & ad maiorem Dei & Domini nostri gloriam & honorem. Et de Patre nostro B. Ignatio refertur, illum dicere solitum, si se à suo seruore & desiderio abripi passus fuisset, illū per plateas nudum, plumis plenum & luto riturum fuisse, vt ab omnibus stultus haberetur; sed caritas & desiderium, quod habebat, iuuandi proximos; hunc tantum humilitatis affectum reprimebat & coegebat illum ea auctoritate & decore officio suo fungi, vt personam eius decerebat. Propensum tamen eius erat contemni & abici; & semper dum aliqua se humiliandi occasio offerebat, auide eam arripiebat, imo sapius non offerentem inuestigabat. In hoc ergo cognosceretur, an auctoritate & existimatione gaudeas ob animarum commodum & Dei gloriam, an propter te, & propriū honorem & commodum. si dum se humilitatis & abiectionis aliqua se offerat occasio; illam auide amplectaris, & ex animo ea læteris. Tunc boni signi loco est, quando bene succcessit concio, vel aliud negotium, idcoque magni fias & æstimeris, te non gaudere ob proprium honorem & existimationem, sed pure ob Dei gloriam &

proximorum commodum, quod inde secutum est. Si vero sese offerente humilitatis & contemptus occasione, illam fugis, & non æquo animo fers, dumque id proximorum utilitas non requirit, tamen laudibus & hominum existimatione lætaris, & id procurare studes; signum est, te & in aliis lætari, quæ ad te spectant, & ob tuum honorem & existimationem, & non pure Dei gloriam, & proximorum commodum.

Sicut hominum honor & existimatio vere non mala sed bona sunt, si bene vsurpentur, ideoque licite & sancte possunt expectari: vt dum P. Franciscus Xauerius multo cum comitatu & auctoritate Bungi Regem accessit. Imo quis se sancte & licite laudare potest, si fiat vt conuenit. Vt videre est in S. Paulo, qui Corinthiis scribens incipit se laudare & magna de se dicere, enumerans magnas sibi à Deo exhibitas gratias, & dicens se plus omnibus aliis Apost. laborasse, incipitque referre reuelationes & raptus, quos habuerat vsque in tertium cælum: Idcirco faciebat, quia tunc sic opus erat ad Dei honorem & proximorum ad quos scribebat utilitatem, vt hac ratione illum æstimerent, & Apostolum esse ducerent, & eius doctrinam reciperent, & ea commodo suo vterentur. Illaque de se dicebat animo non solum honorum contemptore sed & contēptus & abiectionis amatore. Quando enim ad proximorum salutem id necessariū non erat, bene se vilipendere & parui facere nouerat, dicens se indignum esse, vt Apostolus diceretur, quod Ecclesiam Dei persecutus esset, & se blasphemum & abortiuum nominans, & peccatorum maximum, & offerentibus sese cōtumeliis & contēptu, lætitia gestiebat. Talibus bene fidendum, quod quamuis honores recipiant, & subinde quid dicant, quod ad illos faciat, tamen hoc nō faciant, nisi dum ad maiorem Dei gloriam sic expedit, idque tunc tam stricte faciunt, vt nihil sibi adscribant, quasi ipsi nihil facerent, suum enim non honorem, sed Dei & animarum commodum amant.

Seipsum laudare aliquando licet. Lib. 4. c. 10. vita P. Francisci Xauerii. 2. ad Cor. 4. 11. & 12.

1 ad Corinth. 15. 9. 1. ad Tim. 1. 15.

*Lasus propria
etiam San-
cti periculo-
sa.*

Quia tamen per difficile est, honorem accipere, & non superbire, nec in eo, quid vanæ delectationis & complacentiæ sentire; Sancti tantum periculum formidantes, quod in honoribus & existimatione magnisque dignitatibus situm est, totum hoc, quantum in se erat, fugiebat, & referebant se eo, ubi noti non erant, & occupabant se abiectis, & vilibus ministeriis, quod viderent hoc plus ad commodum suum facere, & ad humilitatem conservandum, & securiorem sibi esse hanc viam.

*2. p. l. r. c. 7.
Chronie. S.
Francisci.*

Adferebat S. Franciscus huic proposito aptissimam rationem Religiosus non sum, nisi eadem vultus hilaritate & animo honorem & dedecus accipio; si enim honores quo ab aliis afficio suo commodo, gaudeo, dum concionor, vel alia opera bona facio, ubi animam periculo vanitatis expono; multo magis mihi de mea utilitate & animæ salute lætandum est, quæ mihi certior, dum vituperor. Manifestum est, magis nos teneri de nostro bono & utilitate, & proximi lætari, charitas enim bene ordinata à se incipit.

Si ergo ob proximi bonum gaudes, dum concio vel negotium bene successit & ideo laudaris & æstimaris, quare de proprio commodo non gaudes, dum tu tuo officio surgens contemneris? hoc enim tibi melius & securius est. Si gaudes, dum magnum talentum ad magnum quid faciendum habes aliorum commodo; cur non gaudes, dum Deus talentum ad ista dedit, ob proprium commodo & tuam humilitatem? Si læteris, dum robur & vires habes, ut alius labores & eorum commodo; quin lætaris, dum Deus vult te infirmum & invalidum esse, & ad nihil utilem, sed post habitum & abiectum? quandoquidem id tibi commodo est, & valet ad promouendam utilitatem, eoque Deo acceptior eis, quam si magnus esses concionator; ipseque ita vult.

Vnde facile advertere est, quantum erent, quin mundi honores & existima-

tionem oculos dirigunt, eo velamine, quod ita expediat ad fructum ex proximis colligendum, eoque prætextu honoratus dignitates & officia, & quicquid auctoritatem sapit, ambiunt, fugiuntque quicquid abiectum & humile, perstantes eo sibi auctoritatem derogari. Estque in hoc alius insignis error, quod eo ipso, quo putant auctoritatem parari, perdat, & quo putant perdi, peritur. Putant aliqui paupere & vili vestio, officio & exercitio perdi opinionem, & existimationem necessariam, ad fructum ex proximis colligendum, & sua ipsorum superbia decipiuntur; hoc ipso enim potius acquiritur, & contrario, cui tu studeas perditur.

Optime hoc docuit Pater noster Ignatius, dum dicebat veræ humilitatis affectum plus facere ad animarum conversionem, quam auctoritatis specimen, quæ mundum oleat & sapiat. Idque ipse in actum deducebat, non solum in se, sed & in illis, quos mittebat in vineam Domini, ipsos docens, ut ardua & magna conficerent, semper cum humilitate & contemptu suis sternerent; tunc enim opus certum fore, si in humilitate fundatum esset. Ideoque hæc via est, qua solet Deus ardua quæque conficere. In cuius confirmationem, dum mittebat patres Franciscum Xaverium, & Simonem Rodericum in Lusitaniam, docebat eos, ut simulatque eo appulissent, elemosinam peterent, & sui contemptu & paupertate viam ad alia sternerent. Similiter dum patres Salmeron & Paschallum in Hiberniam, ut Nuncios Apostolicos ablegabat, eis iniungebat, ut doctrinam Christianam pueros & rudes docerent; dumque idem pater Salmeron & pater Magister Lainez primum irent ad Concilium Tridentinum, eo à Paulo tertio, ut sedis Apostolicæ Theologi missi, hanc eis instructionem dedit, ut priusquam in Concilio suam opinionem proponerent, ad Xenodochium diuiterent, & ibi pauperibus & infirmis seruirent, & ibi pauperum principia fidei docerent, & his funda-
mentis

mentis iactis progredierentur, & opinionem suam in Concilio dicerent; sicque eum fructum & utilitatem allaturam; ut scimus Dei misericordia contigisset. Nofne prudentia nostra humana experiemur, metuemus & inquiremus, an his auctoritas perdat? Ne time, ne quod doctrinam Christianam doceas, & concioneris in foro, Xenodochiis & carceribus, auctoritatem perditum iri. Ne time, ne apud viros graues auctoritatem amittas, quod te videant pauperum audire confessiones, aut vestitum ut pauperem religiosum. Eo ipso potius maiorem tibi auctoritatem & existimationem parabis, & maiorem animorum fructum facies, humiles enim exaltat Deus, & per hos magna operari solet.

Et ut hanc rationem missam faciamus, quæ tamen præcipua est; eamque humanæ prudentiæ, & rationes medio excutiamus. Nullum efficacius statui potest medium ad auctoritatem & proximorum opinionem parandum, & fructum copiosum animarum colligendum, quam his uti rebus, quæ abiectæ & humiles videntur, eoque maiorem, quo maiores tuæ fuerint qualitates. Cuius ratio est, quod tanta sit mundi de honore & opinione, & magnis rebus existimatio; ut mundani nihil plus admirentur, quam quod videant ista sperni, & quod ille, qui magnis & honoratis potest occupari, humilibus, & abiectis se exerceat. Idque causa est, quod magnam de tali sanctitatis, & existimationes opinionem concipiunt, cuiusque doctrinam tamquam cæli missam suspiciant.

In Patris Francisci Xaverii vita legitur, dum in Indiam profecturus nauem conscenderet, & recusaret necessarium quid ad illud iter accipere: & cum importunus à Comite de Castaneda, qui tum Classis prouisor erat moneretur, ut saltem famulum admitteret, ad eum in mari deseruiendum, dicens auctoritatem eius imminutum iri apud illos, qui docendi erant, si illum ad nauis marginem viderent lintea lauantiem & cibos paran-

tem: Pater Franciscus ipsi respondit: Domine Comes, modus ille auctoritatem, & opinionem parandi, quem Dominatio vestra proponit, Dei Ecclesiam & Prælatos ad eum statum, quo nunc sunt, perduxit, medium ad auctoritatem parandam est lintea lauare, & cibum parare, nulloque ad id opus habere, nec tamen cessare ideo saluti animarum, & proximorum inuigilare. Hoc responso tam Comiti fuit satisfactum, & tam ædificatus fuit, ut quid responderet, nesciret. Hoc modo & hac humilitate auctoritas acquiritur, & maior fructus colligitur.

Hæcque ratione Pater Franciscus in Indiis tantum effecit, docendo Catechismum pueros, & noctu plateas obeundo & campanulam pulsando pro defunctis in purgatorio, & ægros consolando, & aliis abiectis, & humilibus ministeriis. Hocque medio sibi tantam auctoritatem & existimationem parauit, ut omnium sibi mentes deuinciret, & Pater sanctus diceretur. Hæc illa est auctoritas, ad fructum in hominum mentibus colligendum: æstimatio & opinio humilium, existimatio & opinio Sanctorum & Euangelii prædicatorum. Hæcque illa est, cui nos studere conuenit, aliæ enim, quæ apud nos sunt, auctoritates & opiniones, quæ mundum olent & sapiunt, potius damnant, & scandalizant proximos, tam externos, quam internos.

In verba illa S. Iohannes: *Ego autem Ioan. 8. 50. non quero gloriam meam: est qui querat & iudicet*: bene quidem dicit Doctor: Si pater noster celestis querat & procuret nostram gloriam, non necesse est, nos id curare. Stude tu te humiliare, & talis esse, qui debes, & Deo existimationis, & auctoritatis tuæ curam ad maiorem cum proximo fructum faciendum, relinque: eo enim medio, quo te humilitas & abiectis, ille te multum differente existimationis via exaltabit quam tu tali medio, & prudentia humana adipisci posses.

Nec etiam tibi ob oculos versetur religio-

ligionis honor & auctoritas, quæ altera est chimera, quæ nobis subinde solet se offerre, vt nostram velet imperfectionem & malam mortificationem. Non id facio (dicunt) mea sed Religionis & ordinis causa, cui respectus & reuerentia debetur. Hunc respectum omitte, nihil hoc modo Ordini decedet, sed plus accedet, si te humilem viderint; in hoc enim Ordinis auctoritas, & existimatio sita est, vt Religiosi humiles & mortificati sint, & alieni ab omni eo, quod mundum sapere vel olere possit.

Narrat in Indica historia P. Maffæus, quod concionanti cuidam ex nostris in Iaponia CHRISTI Seruatoris nostri fidem in via publica Firandi ciuitatis, præteriens casu quis Gentilis illustri in doctrinam contempserit, & attracta præpingui saliuarepente in mediam inspuerit faciem.

Ille sine perturbatione vlla sputum lineteolo abstergit, ac ne verbo quidem reddito cœptam orationem eodem profusus tenore vultuque prosequatur, quasi nihil accidisset. Id contemplatus ex auditoribus quidam id notauit, & prædicatoris patientiam, & humilitatem aduertens apud se cogitare cepit, fieri non posse, vt doctrina tanta patientia, humilitate & animi constantia cœlo demissa non sit, & diuinam profecto esse. Quod tam apud illum valuit, vt se conuerteret, & dimissa concione illum adiret, & peteret se in fide instrui & baptizari.

CAPIT XXX.

De tertio humilitatis gradu.

Quin tertius gradus humilitatis.

Tertius humilitatis gradus est, quando quis magnis virtutibus & Dei donis exornatus, & magno in honore & existimatione positus, in nullo superbit, nec sibi quid adscribit, sed omnia ad ipsum fontem, qui Deus est, refert, à

quo omne bonum & donum profectum est.

Tertius hic humilitatis gradus (teste Bonauent.) est magnorum & perfectorum virorum, qui quo maiores, tanto se in omnibus magis humiliant. Vt quis malus & imperfectus, si cognoscat & talem existimet, non multum est, & bonum & laude, sed admiratione dignum, vt etiam non est, quod agricolæ filius, non vult haberi Regis filius, & pauper se pauperem ducat, & ægrotus ægrotum, & protalibus ab aliis haberi volunt: sed mirandum est, quod diues se faciat pauperem, & magnus se abiciat & abiectis similem reddat, se paruum faciens. Siergo dicit Sanctus, mirum non sit, quod quis malus & imperfectus se malum & imperfectum reputet; sed tamen mirum fuerit, si talis se bonum & perfectum habeat: Idemque esset, ac si quis leprosus se sanum crederet. Sed quod quis multa virtute præditus, & multis donis à Deo ornatus, & vere in Dei conspectu magnus, sese abiciat & pro paruo habeat, hæc (dicit Sanctus Bernardus) magna & admiratione digna humilitas est: *Magna & rara profecto virtus est, cum magna opereris; magnum te nescire, cum omnibus nota sit sanctitas tua; te solum lateat: cum omnibus mirabilis appareas; tibi soli vilescas. Hoc ego ipsis virtutibus mirabilis duco.* Hæc humilitas perfectissime in Angelorum Regina fuit, quæ cum sciret se Deimarem electam, se profundissima humilitate eius ancillam & seruum profitebatur: *Eccæ ancilla Domini* Dicit Sanctus Bernardus: *Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat.* Et beata ex Elisabeth orate prædicata inter mulieres & ad tantum honorem, vt erat Dei matrem esse, eleuata, nullam sibi tantæ celsitudinis gloriam adscribit, sed omnem Deo acceptam fert; illum propterea magnificans & exaltans, ipsa in profundissima sua humilitate integra & firma permanente: *Magnificat anima mea Dominum. & exaltauit spiritus meus in Deo saluatore meo. Quia respexit humilitatem ancilla sua.* Cœlestis hæc

hæc est humilitas, eaque Sanctorum in
 cælo regnantium est. Idque est, quod di-
 cit Sanctus Gregorius, illud fuisse, quod
 Sanctus Iohannes in Apocalypsi vidit de
 viginti quatuor illis Senioribus, qui an-
 te Dei thronum eum adorabant, tollentes
 coronas ex capitibus suis, & ponentes
 eas ante thronum. Dicitque coronas
 deponere ad pedes throni Dei, esse sibi
 victorias non attribueri; sed totum Deo
 adscribere, qui robur & vires ipsis ad
 vincendum suggerit, & ei omnem glori-
 am & honorem dare: *Dignus es Domine
 Deus noster accipere gloriam & honorem
 & virtutem, & ut coronas ad pedes tuos
 deponamus: quia tu creasti omnia, & pro-
 pter voluntatem tuam erant, & creata sunt,*
 & si quid boni habemus, id fit, quia tu
 voluisti.

Hic ergo tertius humilitatis gradus est
 ut quis se ob dona & gratias, quæ à Deo
 accepit, non extollat, nec sibi adscribat,
 sed omnia Deo attribuat, ut auctori & om-
 nis boni datori.

Poterit tamen quis dicere: Si in eo si-
 ta est humilitas; omnes humiles sumus:
 quis enim ignorat, omne bonum à Deo
 venire, & à nobis nihil esse nisi pecca-
 tum & miseriam? Quis est qui non dica-
 t: Si Deus mihi manum suam sub-
 strahat, ego omnium mortalium ne-
 quisimus forem? *Perditio tua Israel: tan-
 tummodo in me auxilium tuum: ex no-
 bis enim non nisi peccatum & perditio-
 nem habemus, omne vero bonum à Dei
 liberalitate est. Hoc fidei Catholicæ est;*
 sicque videmur omnes humilitatem ha-
 bere, omnes enim facile hoc verum esse
 credimus, quod tota Sacra Scriptura
 id plene doceat. Sanctus Apostolus in E-
 pistola sua canonica dicit: *Omne datum
 optimum & omne donum perfectum desur-
 sum est, descendens à Patre luminum* Et san-
 ctus Apostolus Paulus: *Quid habes, quod
 non accepisti? Non quod sufficientes simus
 cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed
 sufficientia nostra ex Deo est. Deus est qui o-
 peratur in vobis & velle & perficere pro bo-
 na voluntate.* Dicit nos nihil, quod ad

salutem nostram facit, nec operari, nec
 loqui, nec desiderare, nec cogitare sine
 Deo posse. Et qua meliori similitudine
 nobis potest id persuaderi, quam ea, quæ
 CHRISTVS Seruator noster ipse in Eu-
 angelio adfert: *Sicut palmes non potest fer-
 re fructum à semetipso, nisi manserit in vi-
 te; sic nec vos, nisi in me manseritis, nec a-
 licuius meriti opus facere potestis per
 vos. Ego sum vitis, vos palmites, qui ma-
 net in me, & ego in eo, hic fert fructum mul-
 tum, quia sine me nihil potestis facere. Quid
 palmitis fertilius, qui vitis vnitus est? &
 quid vtilius palmiti à vite separato? Ad
 quid valet, interrogat Deus Prophetam
 Ezechielem: *Fili hominis quid fiet de ligno
 vitis? Dicit lignum non esse, quod ad fa-
 bricandum aptum sit, nec ut stirpes ex eo
 fiat, cui quid possit alligari, palmes à vi-
 te resectus ad nihil, nisi ad ignem va-
 let.**

Similes ergo huic nos sumus nisi ve-
 ræ vitæ vniamur, quæ est CHRISTVS
 Seruator noster: *Si quis in me non manserit,
 mittetur foras, sicut palmes, & arefcet,
 & colligent eum, & in ignem mittent, &
 ardet.* Ad nihilum nisi ad ignem vtilis su-
 mus: si vero quod sumus, gratia Dei id
 fit, ut dicit Sanctus Paulus: *Gratia Dei
 sum id, quod sum: Videmur omnes hac de
 veritate recte certiores facti, omne bo-
 num, quod habemus à DEO esse,
 & à nobis nihil habere, quam pecca-
 ta, & nihil boni adscribere debere, sed om-
 nia DEO, cui omnis honor & glo-
 ria debetur. Hoc credenti non admo-
 dum difficile videtur, ut pro vltimo &
 perfectissimo humilitatis gradu ponatur,
 quandoquidem id tam clarum
 & manifestum est: tale enim prima
 facie intuenti, & superficialitenuis fa-
 cile videretur; sed hoc difficillimum
 est.*

Dicit Cassianus incipientibus faci-
 le videri, nihil sibi attribueri, & non
 inniti nec propriæ industriæ & diligen-
 tiæ fidere, sed totum in DEVM confer-
 re & in illi adscribere; sed difficillimum
 est.

Vt e-

Ioan. 15. 4.

Exech. 15. 2.

Ioan. 15. 6.

1. ad Cor. 15.

10.

Difficile est
 virtute præ-
 ditum, nihil
 sibi tribua-
 re.
 Cassian. coll.
 3. de castit. &
 17. inter col-
 lat.

1. ad Corinth.
3. 9.

Vt enim partem aliquam in bonis operibus habemus. *Dei enim sumus Adiutores*: vt S. Paulus ait, & cum Deo concurrimus; statim & quasi non sentientes nobis ipsis innititur & confidimus, & surrepit secreta quædam consumptio & superbia, nobis persuadentes diligentia & industria nostra id factum esse, sicque statim extollimur & euanesco, & operibus, quæ facimus, nos eleuamus, quasi nostris viribus contigissent, & nostra sola forent, ideoque negocium hoc tam facile non est, vt videretur. Sufficit ergo scire, sanctos hunc perfectissimum humilitatis gradum ponere, dicereque magnorum virorum humilitatem esse, vt intelligamus in eo maiorem difficultatem & perfectionem sitam esse, quam putamus.

Quis sit summus humilitatis gradus.

Magnæ sanæ perfectionis est, si quis à Deo magna dona accipiat, & magna operetur, & in Deum omnem gloriam transfundat, vt debet, nec sibi inde quid adscribat, nec vanam aliquam habeat satisfactionem. Difficile est & paucis datum, honore affici, & vt sanctum laudari, & laudes & honores non pluris facere, quasi nihil essent: magnaque ad hoc virtute opus est.

Chryso-
stomus.

Dicit S. Iohannes Chryso-
stomus, inter honores versari, & honoratum nihil ex honoribus in animum demittere, idem esse, ac si quis inter famosas mulieres sit, & eas aliquando impudicis oculis non adspiciat. Difficile & periculosum hoc est, ad quod maxima virtus necessaria est: bonoque capite indiget, qui in magnis ambulat, & vanitatem non sentit, omnes enim huiusmodi capita non habent: Angeli enim in cælo non habebant, videlicet Lucifer & Socii, hincque euauerunt, & in abyssum inferni præcipitati sunt. Hoc Angelorum peccatum fuisse dicunt, quod à Deo tam pulchri & cum tot naturalibus & supernaturalibus donis creati. *In veritate non steterint*, nec Deo omnem gloriam dederint, sed sibi fisci sunt; non quod putarent se à seipsis hæc dona habere, norunt enim illa à Deo

Ioan. 8. 44.

procedere, & se ab eo dependere, quod se creaturas scirent; sed vt dicit Propheta: *Ezechiel, Eleuatum est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiam tuam in decore tuo*, quod in decore suo euauerit, gloriantes in donis illis, quæ à Deo acceperunt, & in illis delectantes quasi à se haberent, non illa Deo accepta omnia tulerunt, ipsi gloriam & honorem dantes, nisi quod superbierant se vane extollentes, & sibi blandientes, quasi & ex se bonum haberet. Sic vt quamuis intellectu cognoscerent gloriam soli Deo deberi, eandem voluntate furabantur, & sibi adscribebant. Inde videre est, non tam facilem hunc esse humilitatis gradum, vt vulgo creditur, quandoquidem & ipsis Angelis tam difficilis fuit, vt ex altitudine, in qua Deo positi erant, caderent, quod in eo persistere non possent. Si ergo Angeli tantum robur non habuerint, vt celsitudinem suam tuerentur, sed euauerint, & ceciderint, multo magis nobis timeandum est, ne euanescamus, dum in excelsis positi & eleuati sumus: tam enim miser sumus, (teste Regio Propheta) vt tanquam fumus euanescamus: *Mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient*, Psalm 36. vers. 20. Vt enim fumus, quo altius ascendit, tanto plus dispergitur, & euanescit; sic & homo superbus, & miser, quo plus exaltatur, & honoratur, eo magis euanescit.

Quam recte & apposite Christus Redemptor noster nos de hac re monet? Narrant Euangelistæ, postquam septuaginta duos discipulos prædicatum miserat, illos redisse lætos, & de sua missione gloriantes & dicentes: *Dominem mira fecimus, & dæmonia ipsa nobis obediunt in nomine tuo*. Seruator noster subito respondit: *Videbam Satanam sic. Lucius fulgur de cælo cadentem*. Cauete vobis de vana delectatione, ideo enim Lucifer ex cælo deturbatus est, quod de statu excelsis, in quo creatus erat, vane delectaretur, & de se, & donis acceptis

se iactaret, nec Deo gloriam & honorem adscriberet, sed se eo vellet extollere. Cauete ne idem vobis contingat, nolite extolli miraculis & magnis operibus, quæ meo nomine facitis, & ne ideo vane superbiatis. Nobis idem dicit. Cauete ne superbiatis, quod vestro auxilio multum boni cum proximis fiet, & multæ animæ lucrifiant. Cauete, ne vano hominum applausu & opinione delectemini, cauete ne vos extollatis, & honor & existimatio mentibus vestris inhaereat, hoc enim Luciferum cadere fecit, & ex Angelo in diabolum vertit. In quo, vt ait Diuus Augustinus videre erit, quantum malum sit superbia, quandoquidem ex Angelis facit diabolos: quantumque contra bonum sit humilitas, quæ homines sanctis Angelis similes facit. *Humilitas homines sanctis Angelis similes facit, & superbia demones ex Angelis facit.*

CAPVT XXXI.

Declaratur, in quo tertius humilitatis gradus consistat.

NONDUM expositum est, in quo tertius hic humilitatis gradus consistat, ideoque necesse id paulo plenius explicari, vt tanto facilius in actum deducatur, quod hic expetitur. Hunc humilitatis gradum aiunt Sancti in eo positum esse, vt quis norit distinguere aurum, quod à Deo in donis & beneficiis eius accepimus, & lutum & miseriam, in qua versamur, & dare cuique quod suum est, Deo, quod Dei, & nobis, quod nostrum est, vtque id debito cum ordine fiat, in quo totum hoc negotium situm est. Ita vt in eo humilitas non sita sit, vt speculatiue sciamus nos ex nobis nihil posse, & bona omnia à Deo solo prouenire, illamque esse qui in nobis operatur & velle, & incipere & finire sua bona & libera voluntate, vt dicit Sanctus Apostolus

Rodriguez exercit. pars 2.

Paulus. Hæc enim speculatiue nosse, quod fides ita dicitur, facile est, omnesque id Christiani norunt & credunt: sed id practice nosse & exercere, idemque tam certum & firmum habere, quasi oculis cerneretur, & manibus palparetur & tangeretur, hoc teste Diuo Ambrosio excellentissimum donum & magna Dei gratia est.

Phil. 2. 13.
Amb. epist. 84. ad sacram virginem Demetriadem.

Ad quod docendum adfert illud Diui Pauli: *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis.* Quod quis aduertat & noscat dona à Deo accepta, vt aliena & recepta & Dei liberalitate & misericordia data; ipsius particulare donum & gratia est; dicitque Sapiens Salomon summam esse sapientiam: *Et vt sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia, sciens cuius esset hoc donum: Et alter textus dicit: Et hoc ipsum summa erat sapientia.* In hoc ergo, quod Sanctus Paulus dicat esse Dei particulare donum & gratiam, & Salomon summam sapientiam, consistit hic humilitatis gradus. *Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, qui gloriaris, quasi non accepisti?* Alienum est omne, quod habes & acceptum dicit S. Paulus, à nobis nihil boni habemus, ideoque de eo non glorandum, quasi non acceptum sed tibi proprium esset.

1. Cor. 2. 12.
Sap. 8. 27.
1. Cor. 4. 7.

Hæc sanctorum humilitas erat, qui quamuis multis Dei donis & gratiis ditati essent, & ab eo ad perfectionis culmen leuati, & ab hominibus ad magnum honorem & existimationem; tamen tam viles in propriis oculis erant, tamque mentibus eorum infixæ erat propria abiectio & humilitas, quasi nihil eorum donorum possiderent. Nulla mentibus eorum adhærebat vanitas, nec quid eius honoris & existimationis, quibus à mundo afficiebantur, optime enim discernere norunt alienum & proprium, eamque ob causam dona, honores & existimationes metiebantur vt aliena & à Deo accepta in illumque refundebant &

f omnem

omnem laudem & gloriam in illum referant, persistentes ipsi integre & perfecte in sua ipsorum abiectione, videntes se ex se nihil boni posse nec habere. Indeque fiebat, quamuis ipsi à mundo extollerentur, ipsi se non extollerent, nec pluris se ideo faciebant, & nihil honoris illius cordibus eorum adhæresceret, sibi que persuadebant illas laudes ad se non pertinere, sed ad alium, nempe Deum, in quo & eius gloria suum statuebant gaudium & delectationem.

Ideoque bono iure dicunt hanc humilitatem magnorum & perfectorum virorum esse. Primo, quia magnas virtutes & Dei dona requirit, quod aliquem apud illum magnum facit. Secundo quia summæ perfectionis est, aliquem veremagnum in Dei oculis esse, & eminentem in virtute & perfectione, ideoque à Deo & hominibus magni habitum ipsum se vero in oculis propriis vilem & paruum habere. In eoque Sanctus

Chrysostom.
Bernardus.

Chrysostomus & Sanctus Bernardus Apostolos & alios mirantur, quod quantumuis excellentes in sanctitate, & tantis Dei donis accumulati essent, tamque miranda Deus per eos operaretur, ut erant miracula & mortuorum à mortuis reuocationes, idcircoque tanto in honore apud mundanos essent, ipsi tam se integros in humilitate & abiectione conseruarent, quasi nihil horum habuissent, & hæc non ab ipsis sed aliis gesta fuissent, & totus ille honor, existimatio & laus non ipsis, sed aliis exhibita forent. Sanctus Bernardus ait: *Non magnum*

Bern. hom. 4.
super Missus
est.

est humilem esse in abiectione: magna propterea & rara virtus humilitas honorata. Paruum siquidem est si quis in abiectione & paupertate se humiliet, hæc enim ex natura sua hominem adiuuat, ut se cognoscat, & pro eo se habeat, qui est: sed si quis ab aliis honoretur & aestimetur, & sanctus & admirandus habeatur, & vere se & integre abiectionem reputer, quasi nihil haberet, hæc rara & excellens virtus & perfectio.

In his (dicit Sanctus Bernardus) secundum Dei præceptum eius lux lucet, & splendet coram hominibus, ut glorificetur non ille, sed pater eius cælestis, qui in cælis est. Hi veri Sancti Apostoli Pauli imitatores & Euangelicorum prædicatores sunt, qui non se sed Iesum Christum prædicant. Hi boni & fideles serui sunt, qui suis commoditatibus non student, nec se in aliquo extollunt, nec sibi quid, sed omnia fideliter Deo adscribunt, & illi omnem dant gloriam. Ideoque ex ore Domini audient illa Euangelii verba: *Ego serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.*

CAPVT XXXII.

Idem fufius exponitur.

DICTVM est tertium humilitatis gradum esse, dum quis multis virtutibus & Dei donis ornatus, & in magno honore & existimatione positus non superbit, nec quid sibi attribuit, sed totum in ipsum fontem, qui Deus est, refundit, ipsi omnem gloriam adscribens, ipseque in sua abiectione & humilitate integre perseverans, quasi nihil haberet nec faceret. Ideo tamen inferre non possumus, nos non operari, nec partem in bonis operibus habere, que facimus, hæc enim ignorantia & error esset.

Certum est nos & liberum nostrum arbitrium concurrere & cum Deo operari in bonis operibus, homo enim liberè consentit, idcircoque operatur homo, quandoquidem propria & libera voluntate perit quod perit, & operatur quod operatur, & in manu & potestate eius est non operari. Sed potius hoc est, quod tam difficilem hunc humilitatis gradum reddat, nam partim omni nobis diligentia incumbendum, & omnibus mediis utendum, ut virtutè assequamur, & tentationibus resistamus, & recte negociū succedat,

dat, quasi ei soli sufficeremus: & partim hoc factum omnibus his diffidendum, quasi nihil à nobis actum esset & nos seruos inuiles habendos, & in solo Deo fiduciam esse collocandam, ut ipse nos in Euangelio docet: *Cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite: serui inuiles sumus, quod de humis facere, fecimus: non dicit aliqua, sed omnia. Ut hic recte fiat, virtute & quidem magna opus est. Ait Cassianus, quod quicumque eo cognitionis peruenit, ut sciat se seruum inuilem esse, & omnia sua media & diligentias non sufficere ad aliquid boni acquirendum, sed id gratuitum Dei donum esse, non superbiat, dum quid consequetur, & intelliget sed id non sua diligentia, sed Dei gratia & misericordia consecutum; quod id ipsum est, quod Sanctus Paulus ait: *Quid habes, quod non acceperis?**

Sanctus Augustinus ait, nos aliquid sine Dei gratia non esse, quam quod corpus sine anima: Ut enim corpus sine anima se mouere non potest, sic & nos sine Dei gratia, nec vitæ nec alicuius valoris opera coram eo facere possumus. Ut ergo stultum foret corpus, quod sibi vitam & motum adscriberet, & non animæ, quæ in eo est, & ei vitam dat; sic & cæca esset anima, quæ bona, quæ facit opera sibi attribueret, & non Deo, qui spiritum ei infudit, qui est gratia ad illa faciendâ.

Et alio loco dicit: Ut corporei oculi, quamuis integri & sani videre non possunt, nisi à luce iuuentur, sic & homo quamquam multum iustificatus, non potest bene viuere, nisi à diuina luce & gratia adiuuetur. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, dicit David, frustra vigilat, qui custodit eam, *O si cognoscant omnes homines, & qui gloriantur, in Domino gloriantur.* Psalmo centesimo vigesimo sexto, versiculo primo: Dicit idem Sanctus. V-

tinam cælitus nobis mittat lumen Deus, quo tenebris subleuatis noscamus & aduertamus, nullum bonum, nec esse, nec robur in omnibus creatis existere, præter id, quod Deus liberali sua voluntate dare voluit, & conseruare vult.

In hoc ergo tertius humilitatis gradus consistit: sed imperfecta nostra verbalis pro dignitate explicare non possunt magnam profunditatem & perfectionem, quæ in eo sita est: quare modo sic, modo aliter exponimus, eo quod non solum praxis, sed & eiusdem theoria admodum difficilis sit. Hæc illa est annihilatio sui ipsius toties à spiritualis vitæ magistris repetita & commendata: hoc est se habere & fateri ad omnia indignum & inuilem, quod Sanctus Benedictus & alii Sancti ponunt pro perfectissimo humilitatis gradu. *Ad omnia indignum & inuilem se confiteri & credere:* hoc est illud sibi diffidere, & Deo adharere & dependere, quod toties in sacris literis commendatur: hoc est verum illud se nihilum putare, quod in singula momenta audimus & dicimus, si ita in corde sentire vellemus. Si vere & practice intelligeremus, sentiremus & cognosceremus, ut ille qui oculis videt, & manibus tangit quod ex nobis nihil nisi perditionem & peccata habemus, & possumus, & quod quicquid boni habemus & facimus, ex nobis non esse, sed ex Deo, & ipsius esse omnem honorem & gloriam.

Si omnibus hisce nondum ad tertium huius gradus humilitatis perfectionem intelligendam pertingere queas, ne mirare: hæc enim altissima Theologia est, ideoque non mirandum, si tam facile non capiamus. Recte Doctor quidam ait id in omnibus artibus & scientiis contingere, nam regulas communes & claras quilibet intelligit & scit, sed subtiles & inuolutas omnes non capiunt; sed illi solum, qui in ea scientia vel arte excellunt. Idem & hic contingit, communia enim & ordina-

Verbis explicari satis non potest humilitas.

Solus humilis scit quid humilitas?

S. Laurentius
Iustinianus.

ria huius virtutis quisque intelligit, sed eius subtilia, eminentia & alta solum illi, qui in eadem alios excedunt & eminent. Idque est, quod ait Sanctus Laurentius Iustinianus, nemini perspectum esse quid sit humilitas, nisi illi, cui à Deo datum humilem esse.

Hincq; accidebat, Sanctos, qui pfundissima erant humilitate præditi, talia de se dicere & sentire, quæ illi, qui eo perfectionis non perueniunt, non possunt capere, & videntur ipsis exaggerationes & amplificationes; vt, quod erant omnium peccatorum, qui in mundo erant, maximi; & alia similia. Et si nos hæc dicere nec sentire, nec intelligere possumus, id ideo accidit, quod ad tantam, vt ipsi, humilitatem non peruenimus, ideoque subtilia & alta huius facultatis non capimus. Labora humilis esse, & in scientia humilitatis progredi & proficere, & tunc intelliges, qua ratione huiusmodi vere dici possunt.

CAPVT XXXIII.

Planius tertius humilitatis gradus declaratur, & inde oriri vt vere humilis se omnibus minorem existimet.

VT clarius tertius hic humiliatis gradus intelligatur, vtque in eo altius fundemur, opera pretium fuerit paulo altius & ab origine rem ipsam repetere. vt supra dictum est, totum nostrum naturale esse, & omnes naturales operationes, quas habemus, à Deo sunt, nos enim nihil eramus, tuncque vires non erat nobis ad mouendum, nec videndum, nec audiendum, nec gustandum, nec intelligendum nec volendum. Posteaquam vero Deus naturale esse dedit, dedit & naturales hæc potentias & vires; ideoque ei tam esse, quam has operationes

à Deo dona
naturalia &
gratia sunt.

naturales adscribere debemus. Idem etiam & potiori iure dicendum de supernaturali essentia & operibus gratiæ, idque tanto plus quo hæc maiora & excellentiora sunt. Supernaturalem essentiam non à nobis sed à Deo habemus, estque gratiæ essentia, ideo sic dicta, quod naturali essentia gratis addita sit: *Eramus natura filii iræ*, nam in peccatis nati & Dei inimici eramus, qui nos ex his tenebris eripuit, *In admirabile lumen suum*, vt dicit Sanctus Apostolus Petrus. Ex inimicis amicos, ex seruis filios nos Deus fecit, & qui antea nihil poteramus & nullius eramus valoris, gratos oculis suis effecit. Huiusque causa non præterita nostra fuerunt merita, nec officiorum ipsi post exhibendorum intuitus, sed solummodo ipsius bonitas & misericordia, & merita Iesu Christi vnici mediatoris nostri, vt Sanctus Paulus ait: *Iustificati gratia per gratiam ipsius, per redemptionem, qua est in Christo Iesu.*

Vt ergo ex nihilo in quo eramus, exire nobis non licebat, ad naturale esse, quod iam habemus nec vitæ opera operari, nec videre, nec audire, nec sentire; sed totum hoc Dei gratuitum donum fuit, sicque ei totum adscribendum est, & quod huius ne minimum quidem gloriæ nobis attribuere possumus; sic etiam ex peccati tenebris exire non dabatur, in quibus concepti & nati eramus, nisi Deus inimita suo bonitate & misericordia nos eripuisset, nec vitæ opera facere, nisi gratiam ipse ad hoc suppeditasset. Non enim à nobis opera valorem & meritum habent, sed à Dei gratia: vt moneta valorem non ex se sed ex superscriptione quam habet, obtinet. Ideoque nullam nobis gloriam sed omnem Deo adscribere debemus, cuius est non tam id quod naturale, quam quod supernaturale esse habentes semper in ore & corde illud Sancti Pauli dictum: *Gratia Dei sumus id quod sum.*

Præterea, vt diximus, non solum Deus nos ex nihilo extraxit, & esse dedit, quod habet.

habemus, sed & postquam creati sumus, & esse recepimus, per nos subsistere non possemus, nisi Deus potenti sua manu nos sustentaret & conseruaret, sed statim in profundam nihili abyssum relaberemur, ex qua ante nos extraxerat: sic etiam quod ad supernaturale esse attinet, non solum Deus nobis gratiam fecit, ut nos ex peccati tenebris, in quibus eramus, erueret, & ad admirabilem gratiae suae lucem perduceret, sed semper nos in ea conseruat & sustentat sua manu, ne iterum labamur, sic ut si Deus vel tantillum manum suam & custodiam à nobis retraheret & leuaret, & diabolo permetteret, ut nos tentaret, dum vellet, ad praeterita & multo peiora peccata rediremus. Quoniam à dextris est mihi, ne commouear, dicebat Propheta Dauid. A latere meo est, me sustentans, ne deiciar. Tibi ascribendum Domine, quod à peccato surrexerimus, & quod ad idem non redierimus & relapsi fuerimus. Accidit, eo quod mihi manum porrexeris, & si iam erectus sto, est quod me sustentans ut non relabar. Ut ergo diximus, id sufficere, ut nos ipsos nihili faciamus, quod ex nobis id sumus, eramus & essemus, nisi Deus semper nos conseruaret; eodem modo & hoc sufficit, ut nos semper peccatores & malos reputemus; quantum enim ad nos attinet; tales sumus, tales fuimus & tales essemus, nisi Deus nobis semper manum porrigeret.

Ideoque ait B. Albertus Magnus, quod quicumque humilitatem assequi contendit, ei in corde serendam humilitatis radicem, hoc est, ut intelligat propriam fragilitatem & miseriam, & inquirat & bene ponderet non solum quam vilis & miseriam est; sed etiam quam vilis & miser esse hodie posset & esset, nisi Deus potente sua manu illum à peccatis retraheret, & occasiones auerteret, & in tentationibus illi auxilio esset. In quot & quanta peccata lapsus essem, nisi tu Domine infinita tuae misericordia me eripuisses? Quantas & quot peccandi

occasiones auertisti, quae sufficiebant ut me praecipitarent, quandoquidem Dauid praecipitarunt, nisi tu illas retraxisses, quod fragilitas mea tibi nota esset? Quoties diabolo manus ligasti, ut me non tentaret, dum vellet, & si me tentaret, ne me superaret? Quoties vere cum Propheta dicere potui: *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea?* Quoties impugnatu sum, & impulsus ut caderem, & tu Domine me tenuisti, & dulcem & potentem manum tuam supposuisti, ne me laderet. *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me.* Quoties nos ipsos perdidissemus, nisi Deus infinita sua bonitate & misericordia sua nos custodisset? Sic ergo nobis de nobis ipsis aestimandum est; hoc enim est, quod sumus, hoc fuimus, & iam essemus, si Deus manum suam subtraheret à nobis.

Hinc erat, quod Sancti se confunderent, tam contemnerent & humiliarent, ut ipsis non sufficeret, quod se parui facerent, & haberent malos & peccatores, sed se omnium minimos, vilissimos & maximos mundi peccatores ducerent. Vnus Sanctus Franciscus nobis exemplo erit, quem Deus sic exaltauerat & ad perfectionis culmen perduxerat, ut vnus eius socius in oratione viderit inter Seraphim sedem multo auro & lapidibus preciosis ornata, ipsi destinata. Qui post S. Franciscum interrogans, quid de se ipso sentiret? respondit se non credere maiorem in mundo esse peccatorem. Idem de se sentiebat & dicebat S. Apostolus Paulus: *Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Ideoque monet nos, ut studeamus ad hanc humilitatem peruenire, & nos ipsos infimos & omnium minimos ducere, & alios superiores habere. Dicit S. Augustinus: *Non fallit nos Apostolus, nec adulatione vii inbet, cum ad sancti virginis Philippenfes 2. dicit, in humilitate superiores*

Psal 93. 17.

1. p. li. c. 68.
Chronic. 5.
Francisci.S. Francisci
humilitas.

1. ad Tim. 1.

August. l.

83. quast. 9.

71. c. 1.

Phil. 2. 3.

ad Phil. 2. 3.

ad Rom. 12. 16. *res sibi inuicem arbitrantes. Et ad Rom. 12. honore inuicem prauententes. Sancti nec mendacio nec ficta humilitate dicebant se omnium peccatorum maximos, sed vero, sic enim in animo de se sentiebant. Ideoque iubent nos ita sentire, non ficte nec dissimulare.*

Bern. serm. 37. super Cantica. Luc. 14. 10.

Nullum in humilitate periculum.

Ad hanc rem D. Bernardus exacte ponderat illud Seruatoris dictum: *Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco.* Non dixit, recumbe in medio loco, vel sederes inter postremos, vel in penultimo loco, sed vult te recumbere vltimo loco. *Vt solus videlicet omnium nouissimus sedeas, teque nemini non dico praponas, sed nec comparare prapumas.* Non vult te aliis prapferas solum, sed nec quidem compares aut alicui aequalem facias, sed vult vltimo loco maneat, nec aequalem in abiectione habeas, te omnium miserimum & maximum peccatorem ducas. Dicit S. Bernardus: Nullo te periculo exponis licet multum te humilias, & infra omnium pedes deijcias: sed si te vel vni praponas magnum tibi damnum accerere poteris. Et adfert vulgarem quandam similitudinem. Si transeas demissam portam, non tibi nocet, si multum te inclines; sin si vel tantillo minus te inclinaueris, quam porta ipsa exigit, potes tibi multum incommodare, & caput offendere. Sic & in anima si quis se valde deijciat & humiliet, non sibi nocet; sed periculosum est, si quis omittat vel paululum humiliare, vel aliis se vult antepone, vel aequalem esse. Qui scis (dicit Sanctus) si ille solus, quem te peiorem credis (dum putes te iam bene viuere) & omnium malorum pessimum, & omnium peccatorum maximum, melior illis & te potest esse, & talis forsitan ante Deum est? quis scit an Deus (vt Iacob) manus mutabit, & fortes vertentur, & tu sis futurus reprobus & alter electus? *Quis scit* (inquit) *in se & illu mutatione dextera Excelsi in se quidem futurus sit, in Deo vero iam sit?*

Gen. 48. 14.

Qui scis, quid Deus in corde eius ab eterno die operatus sit, & quidem in momento? *Facile est enim in oculis Dei subito honestari pauperem.* Potuit in momento Deus ex publicano & Ecclesie persecutore facere Apostolos, vt fecit in SS. Matthæo & Paulo. *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abræe.* Et induratis & adamante durioribus peccatoribus potest Deus filios Dei facere. Quam fallebatur Phariseus, qui Magdalenam peccatricem iudicabat, & quam recte illum Christus Seruator noster arguit, & ostendit eam illo meliorem esse, quam ipsa publicam peccatricem credebat: Hinc est quod SS. Benedictus, Thomas & alii ponunt hunc vnum ex duodecim humilitatis gradibus. *Crede & pronunciare se omnibus viliozem.* Nec sufficit ore dicere, sed & opus idem in animo sentire. Nihil te puta profecisse, nisi te omnium pessimum credideris: dicit Sanctus quidam.

CAPVT XXXIV.

Bonos & sanctos vere se posse habere omnibus viliores, & dicere se omnium mundi peccatorum esse maximos.

NON curiositati adscribetur sed vile nensebitur, si exponamus, Sanctos & bonos vere se posse omnium minimos habere, & posse dicere se omnium peccatorum esse maximos, eo quod dixerimus nobis eo vsque perueniendum esse. Huic questionem aliqui Sancti respondere nolunt, sed contenti sunt ita se in corde sentire. Refert S. Dorotheus, cum Abbas Sosimus quodam tempore de humilitate loqueretur, & de se diceret, quendam Sophistam vel Philosophum adfuisse, qui quæreret, quomodo se tantum peccatorem duceret, cum sciret se Dei mandata

mandata seruare? Respondit S. Abbas: Scio verum esse, quod dico, & sic sentio, & ne plus interroga. S. S. vero Augustinus, Thomas & alii huic quaestioni respondent, sed diuersae sunt responsiones. S. S. Augustini & Thomae est, quod quis oculos in defectus, quos in se cognoscit, dirigens, & in proximo occulta dona, quae habet, vel à Deo habere potest, considerans, quisque de se vere dicere potest, se omnium peccatorum vilissimum & maximum esse. Meos enim defectus noui; & dona occulta, quae alius à Deo habet, ignoro, vel quod tot eum peccata committere video, quae ego non committo. Qui scis, quid Deus abhinc aliquo tempore in corde eius operatus sit? In momento & secreto possit ille donum aliquod vel gratiam à Deo impetrasse, quae ille te multum excellat. Ut accidit in Pharisaeo & Publicano illo Euangelico, qui simul ascenderant in templum ut orarent. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, qui damnatus est. Hoc nobis sufficere deberet ad terrorem incutendum, ne aliis nos proferramus nec praeferramus, sed ut posteriore loco maneamus quod omnium est ratissimum.

Valde facile est illi, qui vere & ex animo humilis est, ut se omnibus viliorē reputet. Vere enim humilis in aliis virtutes & bona quae habent, in se autem defectus considerat, & tam in eorum cognitione & remedio occupatur, ut oculos ad alienos defectus considerandos non leuet, sibi persuadens latis se negotiū habere, ut mala & miseriae suas plangat, ideoque omnes bonos habet, & se solum malum. Quoque quis sanctior, tanto hoc illi facilius est, ut enim in aliis proficit virtutibus, sic & in humilitate & maiorem sui cognitionem & contemptum, quae simul iuncta sunt. Quoque clariorem à Dei bonitate & Maiestate habet lucem & cognitionem, maiorem & altiorē suae miseriae & nihili habet cognitionem, nam *Abyssus abyssum inuorat*. Cognitionis enim diuinæ bonitatis

& magnitudinis aperit miseriae nostrae abyssum & altitudinem, & nobis videndos praebet infantes imperfectionē atomos & puluisculos. Sique nos aliquid putemus esse, ideo fit quod exiguam Dei cognitionem habeamus, & parum à caelo lucis nobis aduenerit. Radii Solis Iustitiae nondum animae nostrae portas introierunt ideoque non solum non videmus atomos, hoc est, imperfectiones nostras paruas & minutas, sed ita caligant oculi, vel potius tam sumus caeci, ut graues errores & defectus non possimus videre.

His accedit, Deum tam humilitatem diligere & illi placere, quod si quis se parui fecerit, & in eo permanserit, Deus solitus sit in magnis suis famulis, quibus multa beneficia & gratias largitur, tam dona sua celare, ut & qui ea recipit, non intelligat, & putet se nihil habere. Dicit S. Hieronymus: *Tota illa tabernaculi pulchritudo pellibus tegitur & ciliciis*. Sic solet & Deus virtutum & donorum suorum pulchritudinem tegere & celare diuersis tentationibus, & aliquando etiam aliquibus defectibus & imperfectionibus, quos permittit, ut tanto melius, ut sub cineribus prunae conferuentur. Dicit S. Ioannes Climachus: *Quemadmodum diabolus studet nobis virtutes & bona opera nostra proponere, ut superbiamus, utque sic malum nostrum procuret; sic contra Deus noster qui maius nostrum bonum expetit, solet particularem lucem suis seruis largiri, ut defectus & imperfectiones proprias agnoscant, rali que modo dona sua tegere & abscondere, ut ille, qui ea possidet, non percipiat.*

Dicitque communem Sanctorum doctrinam esse S. Bernardus: *Nimirum conseruanda humilitatis gratia diuina solet pietas ordinare, ut quanto quis plus profecit, eo minus se reputet profecisse, nam & usque ad supremum exercitii spiritualis gradum, si quis eo usque peruenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur, ut vix sibi primum videatur adeptus. Idemque multis locis notat S. Gregorius.*

Hinc-

Deus humiles sua dona celat.

Hieronymus in prologo galeato. Exod. 36. 19.

Climachus.

Bern. serm. de 4. modis orandi.

Greg. l. 34. moral. c. 15. In pastoralis p. 4. l. 3. dialog. c. 14.

Humilitas
Soli comparatur.

Hincque aliqui recte humilitatem comparant, & dicunt illam cum aliis virtutibus habere, vt Solem cum aliis stellis, idque propterea, quod sicut lucente Sole alia stellæ euanescent & sese abscondunt: ita in anima fit, quæ humilitate prædita est, tum enim alia se virtutes celant, & humilis sibi persuadet se nullam virtutem possidere. Dicit S. Gregorius: *Pone soli bona sua non vident, qui in se videndo omnibus ad exemplum præbent. & quamuis omnibus manifestæ eorum sint virtutes, ipsi eas non vident.* De Moysè refert S. Scriptura, quod postquam Deo locutus erat, magnus faciem obumbrabat, splendor, quem filii Israel videbant, ipse vero non. *Ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Eodem modo & humilis in se nullam aduertit virtutem, quicquid videt, defectus & imperfectiones esse arbitratur. Præterea putat minimam errorum suorum partem id esse, quod aduertit & maximam eorum partem se latere. Hincque facile illi est, omnibus se minorem credere, & omnium peccatorum, qui in mundo sunt, maximum.

Deus humilitatem suam quibusdam ostendit.

Vt verum fateamur, vt multæ & differentes sunt viæ, quibus Deus electos suos ducit & multos per prædictam viam ducat, vt ipsis dona sua celet, vt & ipsi ea non aduertant, nec putent se habere; tamen aliis ea aperit, quo illa magni æstiment & grati sint. Ideoque S. Apostolus Paulus dicebat: *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis Sanctissima illa Angelorum Regina exacte gratias & dona magna, quæ in illa erant, & a Deo acceperat, nouerat, dum aiebat: Quia fecit mihi magna, qui potens est.* Idque non solum humilitati & perfectioni non aduersatur, sed tam sublimi & profundæ humilitati coniunctum est, vt Sancti huiusmodi dicant humilitatem magnorum & perfectorum viro-

Periculosum
alta de se sentire.

Tamen hic magnum latet periculum

& error, quæ cauenda monent Sancti, quod aliqui apud se cogitant se plura Dei dona habere, quam reuera habent. In quo errore miser ille versabatur, cui in Apocalypsi iubet dici Deus: *Dicis diues: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus.* Eodem in errore erat Phariseus ille Euangelicus, qui Deo gratias agebat, quod non esset vt alii hominum, putat se habere, quod non habebat, & ideo cæteris meliorem. Et aliquando superbia hæc tam occulte irripit, vt etiam non sentientes nec intelligentes nostri ipsorum existimationis propriæ pleni simus. Hincque vitiosissimum est homini, oculos semper apertos habere vt aliorum intueatur virtutes, & clausos, vt proprias videat, & sancto cum timore vitam agere, quo Dei dona secure custodiuntur.

Sed cum Deus huic viæ non sit adstrictus, & electos suos differenter trahat, aliquando, vt ait S. Paulus, hac gratia seruos suos dignatur, vt dona, quæ ab eius manu acceperunt, cognoscant. Hancque ob causam videretur in proposito quæstione maior oriri difficultas, qua ratione Sancti & viri spirituales, qui in se vident & norunt Dei dona, quæ ab eius munificæ manu acceperunt, se possint vere omnium minimos habere, & de se dicere, quod sint omnium peccatorum maximi? Ante enim, dum Deus aliquem alia illa via ducit, vt dona sua celat, & quæ ille in se nullam videat virtutem, sed solum defectus & imperfectiones, hoc tantum difficultatis non habebat; sed in his aliis, qui possent hoc vere fieri? Hoc non obstante valde recte fieri potest. Humilis esto vt S. Franciscus & ille te docebit, qui queat fieri. Socio ipsum vrgenti, quomodo vere dese tale quid dicere & sentire possent? respondit Seraphicus ille Pater: Credo & puto, si Deus latroni vel omnium peccatorum maximo tot misericordias & beneficia impendisset, illum me meliorem & gratiorem futurum. Et

contra

CAPVT XXXV.

Hunc tertium humilitatis gradum medium esse, ad omnes tentationes superandas, & omnium virtutum perfectionem parandam.

contra credo si Deus manum suam subtraheret & non me detineret, quod maiora peccata & mala admitterem, quam omnes homines, & quod illis omnibus peior essem. Hæc sane optima est responsio, profundissima humilitas, & admiranda doctrina. Hæc illa est cognitio & consideratio, quæ Sanctos vsque subter terram se deicere & omnium pedibus subijcere, & se maximos omnium peccatores reputare faciebat. In mentibus enim bene insitam humilitatis radicem habebant, quæ est propriæ fragilitatis & miseræ cognitio, & norunt penetrare & ponderare quid erant & quid de se sentiebant. Quod causa erat, quod crederent, si Deus manum ipsis subtraheret, & non semper illos sustentaret, ipsi maximi mundi peccatores futuri erant, & se tales habebant, dona vero & beneficia à Deo accepta non vsua, sed aliena & commodiora considerabant. Idque illos non solum non impediēbat, quin ipsi integri in sua humilitate & abiectio-
ne manerent, & se omnium minimos reputarent, sed & multum ad hoc conferret, eo quod illis non, vt debebant, proficerent. Sic vt in quacunque velimus nostri partem oculos leuemus, vel in id quod à Deo recepimus, semper nos humiliandi & aliis minores habendi occasione reperiemus.

Hanc ob rationem S. Gregorius examinat verba illa, quæ Saul dixit Propheta David, postquam illum in spelunca repertum trucidare poterat, si voluisset, & liberum dimiserat, & exiens ad illum clamabat dicens: *Quem persequeris Rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris & pulicem vnum.* Trutinat bene hæc D. Gregorius; Iam David Rex vnctus fuerat, & à Samuele, qui cum vnxerat, Deum à Saul regnum auferre velle & illi dare, & tamen se humiliat & ante illum abiicit, quamuis se à Deo illi præpositum, & se coram Deo meliorem esse. Vt inde discamus nos minores ducere illos quos nescimus, quo apud Deum gradum sint.

Rodriguez exercit. pars 2.

Dicit Cassianus antiquorum Patrum traditionem & quasi primum principium fuisse, neminem ad cordis puritatem & virtutum perfectionem peruenire posse nisi ante noscat & intelligat, omnem suam industriam, diligentiam & laborem ad hoc non sufficere sine speciali Dei auxilio & fauore, qui est præcipuus author & omnis boni dator. Et hæc cognitio (vt ait) non speculatiua esse debet, quia sic legimus & audiimus, vel quia sic dicitur fides, sed opus id practice & experientia nosse, & ita nos imbibisse & imbutos esse, quasi oculis videremus & manibus tangeremus. Qui est ipsissimus tertius humilitatis gradus, de quo agimus, deque hac humilitate intelligendæ sacræ Scripturæ autoritates, quæ humilibus innumera bona promittunt.

Ideoque bono iure Sancti illam ponunt pro ultimo & omnium perfectissimo humilitatis gradu, dicuntque illum esse omnium virtutum fundamentum, & præparationem & dispositionem, ad omnia Dei dona recipienda. Et specialius idem tractans Cassianus, & de castitate agens dicit, nihil ad illam consequendam sufficere, donec noscamus nos illam nostris viribus assequi non posse, sed id à diuina liberalitate & misericordia euenire debere. Cum quo optime etiam conuenit S. Augustinus, nam primum & præcipuum medium, quod ponit ad consequendam & conseruandam castitatem, est hæc humilitas, vt cogites, te ad hanc vires non habere, nec tuas tibi diligentias sufficere, si enim his nitaris,

mereris

Cassian l. 12. de spiritu superbia c. 13.

Cassian col. 2. Abbatie Cheremonis c. 4. Castitatis conseruatricis humilitas.

August. de S. virginis. c. 39.

Abbat Moy-
ser.

mereris illam perdere: sed si tibi persua-
deas, Dei esse donum, & tibi superne ad-
uenire debere, & si hic omnem locas fi-
duciam. Et idcirco quidam seniorum
Patrum dicebat, quod quis tamdiu à
carne tentaretur, donec exacte cogno-
sceret castitatem Dei donum esse, & non
fortitudinem propriam. Palladius hoc
exemplo Abbatis Moyse confirmat, qui
in quantum homo, magni roboris erat,
& quantum ad mentem, pessimus, sed ad
Deum ex integro corde conuertit: fuit-
que conuersionis initio grauissime ten-
tatus, præcipue abscœnis & lubricis,
ad quæ euincenda sanctorum Patrum
suauis apta media quæsiuit. Tam in
oratione assiduus fuit, ut sex annos in ea
perstaret, plerumque noctu erectus, nec
dormiret. Multum manibus laborabat,
nihil nisi paululum panis comedebat,
cellas seniorum patrum obibat, iis
aquam adferens, & alias mortificatio-
nes & austeritates addebat. Et tamen
tentationes superare non poterat, sed iis
æstuabat, & in periculo erat ne caderet
& monachorum institutum desereret.
Eum in hoc periculo constitutum adiit
sanctus Abbas Isidorus, & Dei nomine ei
dixit: Abhinc in Dei Iesu Christi nomine
tentationes tuæ cessabunt: sicque acci-
dit, nam post illas nunquam sensit. Ad-
iungebatque sanctus Abbas, & causam
exposuit ob quam Deus huc usque ple-
nam ei de ipsis non dedisset victoriam.
Ne gloriareris Moyse & superbires,
quod tuo exertitio vicisses, ideo Deus
hoc ad commodum tuum permisit. Non-
dum Moyse tanto à Deo dono donatus
erat, ut sibi diffideret, & ut acquireret &
in propria fiduciæ superbiam non cade-
ret, Deus tanto tempore illum reliquit,
nec tantis & tam sanctis exercitiis ple-
nam huius passionis victoriam non est
consecutus, quam alij minore labore ad-
epti sunt.

Abbat Pa-
chomius.

Idem Abbati Pachomio euenisse re-
fert Palladius, qui quantumuis septua-

genarius ab inhonestis tentationibus in-
festabatur. Dicitque illum cum iura-
mento affirmasse, post quinquagesimum
ætatis annum duodecim annorum spa-
tio tam asperam & continuam fuisse
pugnâ, ut toto hoc tempore nulla ei
vel dies vel nox transiret, qua hoc pecca-
to non exagitaretur. In solita multa
faciebat, ut hac se tentatione liberaret,
sed nihil proficiebat. Cumque quod-
dam tempore casum suum deploraret,
quasi à Deo desertus esset audiuit vocem
sibi quasi interius dicentem. *Ve scias,*
quid causæ sit, quod Deus te in aspectu
hac pugna reliquit, fuit, ut intelligas &
perspectam habeas propriam fragilita-
tem, paupertatem, paruitatem vel nihi-
lum, quod ex te habes, & posthac te hu-
milis, nulli rei propriae confidens, sed
omni in re ad me accurrens, & à me au-
xilium petens. Dicitque hac doctrina
tam fuisse confirmatum, ut nunquam
postea huiusmodi tentationem sentiret.
Vult Deus nos ubique illi, & non nobis
fidere, nec nostræ diligentia & mediis
niti.

Hæc non solum Augustini, Cassiani
& sanctorum illorum Patrum doctrina
est, sed & sanctus Spiritus, idque iisdem
terminis, quos posuimus. Sapiens Sapi-
entia libro nobis expresse ponit non solâ
Theoricam, sed & practicam huius, dum
ait: *Et ut scini, quoniam aliter non pos-
sem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum
erat sapientia sciri cuius esset hoc donum,
adii Dominum, & deprecatus sum illum
ex totis precordiis meis.* Continens hic
est nomen generale, quod complectitur
non solum illum, qui continet & coe-
cet illas animæ passiones, quæ castitatem
aduersantur, sed & omnes alias passio-
nes & appetitus, quæ rationi repugnant,
ut & in illo Ecclesiastici: *Omnis autem
ponderatio non est digna continentis anima.*
Nihil tanti ponderis nec dignum, quam
persona continens, id est, qui vndique
affectus & appetitus continet, ut virtutis
& rationis metas non egrediantur. Di-
cit

Tentationes
permittit ho-
mini Deus,
ut discat sibi
diffidere.

cit ergo Salomon: Simulatque scivi, me sine speciali Dei dono semper has potentias & animæ & corporis mei passiones continere non posse in illo veritatis & virtutis medio, quin aliquando exirent, adii Dominum, & deprecatus sum illum ex totis præcordiis meis. Sic ut hoc vincium medium sit, ut quis sit continens, & posset regere & coercere suas passiones, & in terra terminos tenere, & de omnibus tentationibus victoria potiri, & omnium virtutum perfectionem adipisci. Idque bene aduertit Propheta, dum aiebat: *Nisi Dominus adificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui adificauerunt. Et nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.* Ipse est, qui omne bonum nobis dare debet, & datum conseruare; quod nisi fiat, irritus omnis noster est labor.

CAPVT XXXVI.

Humilitatem magnanimitati non repugnare, sed potius eius esse causam & fundamentum.

SANCTVS Thomas loquens de magnanimitatis virtute, adfert hanc questionem. Sancti dicunt, ut & Sanctum Euangelium, valde nobis esse necessariam humilitatem, & etiam in aliis nobis opus esse magnanimitate, præsertim iis, qui ministeriis & officiis altis funguntur: Quæ virtutes sibi oppositæ videntur, nam magnanimitas animi magna do est, ad magna & excellentia amplectendum & aggrediendum, quæ ex se honorem merentur, videturque vtrumque humilitati plane repugnare, nam quantum ad prius, quod est magna amplecti, attinet, non videtur cum eadem conuenire, nam vnus humilitatis graduum quem Sancti ponunt, est: *Ad omnia*

*indignum & inutile se confiteri: & superbia & præsumptionis esse videtur, si quis quid complectatur, ad quod aptus non est. Quantum ad alterum quod est honore digna aggredi, etiam repugnare videtur, vere enim humilis procul abesse debet ab omni honoris & existimationis cupiditate. Huic quæstioni optime D. Thomas respondet & ait, quod quamuis primo intuitu & exteriori nominis sonu hæ virtutes videantur sibi opponi, tamen fieri non posse ut vna virtus alteri repugnet; & speciatim si attente has duas virtutes humilitatem & magnanimitatem intueamur, earumque veritatem & substantiam examinemus; inuenimus non solum non esse contrarias, sed sibi multum similes esse, vnamque ab altera multum dependere. Idque apte declarat, quantum enim ad prius, quod est amplecti & aggredi magna, quod proprium est magnanimitati, non solum non est humili contrarium, sed & ipsi valde proprium est, quodque ille solus qui huiusmodi est, bene facere potest. Si nostris viribus & mediis confidentes magna amplecteremur; præsumptionis sane esset & superbia. Quæ enim magna, imo etiam parua nostris fidentibus viribus nobis aggredi licet? quandoquidem nec ex nobis sufficientes sumus, ut vel bonam cogitationem habeamus, ut ait S. Paulus: *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.* Sed virtutis huius magnanimitatis, ad magna amplectendum & aggrediendum, fundamentum esse debet, nobis ipsis nec humanis mediis fidere, & omnem in Deo fiduciam ponere: quod vere humilitati proprium est.*

S. Bernardus in illud Canticorum: *Qua est ista, qua ascendit de deserto delictus affluens, innixa super dilectum suum?* Bene exponit omnem nostram virtutem, fortitudinem & bona opera super dilectum nostrum inniti debere. Ad quod probandum allegat Apostoli S. Pauli exemplum

Magnanimitas & humilitas nominis non repugnant.

Magnanimitas humilitatis comes & socius.

2. ad Cor.

3. 5.

Magnanimitas iuxta ac humilitas Dei ope, non propriis freta viribus magna molitur.

plum ad Corinthios: *Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi.* Incipiebat Apostolus labores & diligentiam, quam in Euangelii prædicatione adhibuerat, enarrare, & quidquid in Ecclesiæ augmentum & bonum fecerat, exponere, donec diceret, se plus omnibus, aliis Apostolis laborasse. Hinc S. Bernardus ait: Vide Apostole quid dicas, quare hoc dicere potes vt idem non amittas: *innitere super dilectum tuum. Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et ad Philipenses scribens dicit: *Omnia possum, & statim innititur super dilectum suum, & ait: In eo, qui me confortat.* In Deo omnia possumus, ipsius gratia omnium potentes erimus, super ipsum innitendum nobis, & ipse magnanimitatis nostræ fundamentum ponendus. Idque est quod ait Propheta Esaias: *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.* Humanam enim fortitudinem, quæ fragilitas est, in Dei mutabunt fortitudinem, brachium suum fragile & carnis in Dei brachium, sicque fortes & ad omnia potentes euadent, nam in Deo omnia poterant. Idcirco recte dicebat Leo Papa: *Nihil arduum humilibus, nihil asperum mitibus.* Vere humilis est magnanimus, animosus & fortis ad magna amplectendum & aggrediendum, nihil illi arduum vel difficile, sibi enim non fidit sed Deo, & oculos in Deum figens & illi innitens, nihil illi obstitit: *In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.* In Deo omnia potest. Hæc illa sunt, quibus tam egemus, videlicet magno animo, fortitudine & in Deo fiducia, non pusillanimitate, quæ desiderium ministerium nostrum peragendi tollant. Sic vt in nobis humiles esse debeamus, noscentes nos ex nobis nihil posse nec valere: sed in Deo cuiusque virtute animosi & fortes ad magna amplectenda.

Magnanimitatis fundamentum est Deus, eiusque gratia.
ad Phil. 4. 13.

Isa. 40. 31.
Per magnanimitatem imbecillum hominis brachium fit potentissimum Dei brachium.

Leo Papa serm. 5. de Epiphania.
Nihil arduum humilibus.

Psal. 59. 14.
Humiles Dei auxilio nixi omnia possumus.

Basilius.
Isa. 6. 8.

S. Basilus in verba illa Esaiæ: *Ecce ego, mitte me.* hoc optime exponit: Vole-

bat Deus aliquem ad prædicandum populo suo mittere, & vt ipsi propositum omnia in nobis operari nostra accedente voluntate & consensu, dicebat ita vt Esaias audire posset: *Quem mittam, & quis ibit nobis?* respondit Propheta: *Ecce ego, mitte me.* Ponderat S. Basilus verba hæc & examinat, quod non dixerit: *Domine ego ibo, & hoc bene faciam.* Quoniam humilis erat, & perspectam propriam habebat fragilitatem, & sciebat temeritatis esse, audere dicere tantum se negocium, quod vires eius excedebat, confecturum. Sed dicebat: *Domine hic præsto sum & paratus facere quod iusseris: mitte me, & si me mittas, ibo.* Quasi dixisset: *Domine tam magno officio ineptus sum, vt hoc est, sed aptitudinem & sufficientiam mihi dare potes: tu verba in ore meo ponere potes, quæ corda moueant & mutant.* Si me mittas, ire poterò, & huic rei sufficiens ero, si in tuo nomine iuero. Et dixit illi Deus: *Vade.* Ecce (inquit S. Basilus) hic Propheta Esaias recepit gradum Prædicatoris & Apostoli Dei, quia in humilitatis materia norat respondere, quia sibi non adscribebat se posse ire, sed insufficientiam & fragilitatem suam agnoscentes omnem in Deo fiduciam ponebat, sciens se in eo omnia posse, & ab eo nullum sibi ire licere. Quare Deus ipsi concedit, & dicit vt vadat, illum statuens prædicatorem, Legatum & Apostolum suum. Hæc nostra fortitudo & magnanimitas ad magna amplectendum & aggrediendum esse debet. Ideo ne animo cade, quod fragilis & insufficientis sis. *Noli dicere: Puer sum:* dicebat Deus Ieremias. *Quoniam ad omnia qua mittam te, ibis, & vniuersa, quacunque mandauero tibi, loquere. Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum.* Sic vt quantum ad hoc attinet, humilitas non solum non magnanimitati opposita, sed ipsius potius est radix & fundamentum.

Secundum, quod est magnanimi, est, quod eum magna & honore digna desiderat

derare oporteat. Quod neque humiliati contrarium est, nam ut recte ait Sanctus Thomas, quamvis magnanimus hoc desideret, non id honoris humani gratia desiderat, nec hic eius finis est: bene quidem illum mereri, sed illi non studere nec aestimare. Sed potius animi est tam honores & dedecus contemne, ut nihil magnum præter virtutem ducat, eiusque amore magna conetur, spernendo hominum honores. Virtus enim tam magnum quid est, ut nec ab hominibus satis honorari, nec sufficienti præmio affici queat, sed à Deo honore & præmio affici mereatur.

Ideoque magnanimus, nihili omnes mundi honores facit, quod vile & nullus precii quid illi sint: altius volat, solo Dei amore & virtutis ergo se ad operandum mouet & magna facit, alia omnia flocci pendens. Ut ergo quis tantum, tam generosum animum habeat, quique tam honores & contumelias mundi spernet qualem magnanimum habere oportet, magna opus est humilitate, ut ad tantam perfectionem pertingat, ut cum S. Apostolo Paulo dicere possit: *Scio & humiliari, scio & abundare (ubique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare & penuriam pati*: Noui quid facere conueniat in humiliatiōe & abundantia, in saturitate & fame. *Per gloriam & humilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus.* Ut tam vehementes & contrarii honoris & contumeliæ venti, & laudum & detractionum, fauorum & perfectionum tempestates aliquam in nobis gignant mutationem, nec nos vacillare cogunt, sed ut semper in eodem statu permaneamus, magnū humilitas est fundamentum, multaq; cælo demissa sapientia opus est. Ignoro num te in abundantia gerere poteris ut Sanctus Apostolus Paulus. *Poteris fortasse pauperiem pati, mendicare, & in contumeliis & iniuriis humilis esse: sed nescio num in hono-*

re, in pulpitis & magnis dignitatibus te humilem exhibere posses. Hoc nec Angeli quidem in corde facere potuerunt, sed superbierunt & ceciderunt. Ad quod etiam dicit Boetius: *Cum omnis fortuna timenda sit, magis tamen timenda est prospera, quam aduersa.* Difficilius est humilitatem in honore & exultatione, & magnis dignitatibus, quam in contumeliis, & abiectis & vilibus officiis seruare, hæc enim secum humilitatem adferunt, illa vero superbiam & vanitatem scientia & alia inflant & euanescere faciunt. Hinc est, quod sancti dicunt, esse magnorum & perfectorum virorum humilitatem, posse inter magna dona & gratias quæ à Deo accipiunt & inter mundi honores humilem esse.

Narratur de Sancto Francisco quid, quod valde diuersum esse videtur, dum lutum pedibus calcare incipiebat, ut honorem vitaret, quo illum recipiebant. Dum quodam tempore vicum quendam intraret, honore magno ab incolis excipiebatur, ob opinionem, quam de sanctitate conceperant, & omnes habitum, manus & pedes osculabantur, ipso nullo modo resistente. Socius, qui cum illo erat, putabat illum eo honore delectari; adeoque tentatio illa crescebat ut postea illi diceret. Respondet Sanctus: Frater, hi nihil plane faciunt, si comparetur cum eo, quod ipsis incumbit. Socius amplius hac responsione scandalizatus est, quod mentem eius non intelligeret.

Tunc ait illi Sanctus: Frater, omnem hunc honorem, quem vides fieri, non mihi sed Deo adscribo, cui proprius est, cum mihi exacte perspecta sit mea vilitas & abiectio, ipsique sibi commodant & viles sunt, quod Deum in creatura sua venerentur. Mirabatur socius sancti perfectionem & abunde sibi satisfactum putauit. Idque merito, nam si quis Sanctus habeatur (qui omnium honorum, qui alicui exhiberi possunt, maximus est) & sciat omnem huius gloriam Deo dare, ut debet, & nihil sibi attribuat, nec illi quid

Boetius.

Difficilius est inter honores seruare humilitatem quam inter contumelias.

1 p. l. c. 37. Chronic. S. Francisci.

Humilis S. Franciscus honorē omnē sibi exhibitiū in Deum referebat.

adhæreat huius dulcedinis, nec ea delectetur, sed integer in humilitate & abiectione sua permaneat, quasi nihil horum possideret, & quasi honor non illi, sed alteri exhiberetur, altissima hæc sane perfectio & profundissima humilitas.

Humilitati studendum est in qui sunt lucerna mundi.

Ut ad hanc humilitatem Dei gratia perueniamus. omnes nobis nerui intendendi, qui sumus vocati, non ut in tenebris lateamus, vel sub modio abscondamur, sed in sublimi ut ciuitas supra montem posita, & lucerna super candelabrum ad illuminandum & lucem mundo inferendam, ponamur. Ad quod opus bona iaci fundamenta, & quantum ad nos attingit, desiderat: contemni & parui pendere, utque id ex profunda nostræ miseriæ vilitatis & nihil cognitione nascatur, quâ habebat Sanctus Franciscus, dum lutum pedibus calcaret, ut fatuus haberetur. Ex qua propria sui cognitione ut desiderium contemptus oriebatur; eodem modo ex eodem nascebatur, ut dum honoraretur, & homines habitum & pedes oscularentur, ipse non superbiret, nec pluris se faceret, & tam integer sua in humilitate & abiectione perstaret, quasi nihil ipsi honoris exhibitum fuisset, cum totum in Deum referret & transfunderet. Et ideo quamuis duo hi Sancti Francisci actus sibi repugnare videantur, tamen ex eadem radice & eodem humiliatis spiritu procedebant.

Humilis S. Franciscus lutum pedibus subiebat, ut pro fatuo haberetur.

Humilitas honores reicit simul, & recipit.

CAPVT XXXVII.

De aliis bonis & commodis, quæ in hoc tertio humilitatis gradu reperiantur.

Tva sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Verba hæc dicebat Rex Dauid, postquam auri & argenti plurimum, & multum materiæ templo ædificando parauerat, & Deo obtulerat. Idemque nobis in omnibus bonis operibus faciendum & dicendum: Domine o-

1. Par. 29. 14. Deo bona omnia in acceptis referenda.

omnia bona nostra opera sunt tua, ideoque tibi reddimus, quod accepimus. Recte ait Sanctus Augustinus: *Quisquis tibi enumerat merita sua, quid tibi enumerat, nisi munerata tua, quæ a te accepit? hæc tua infinita bonitas & liberalitas tua est, qui vis dona & beneficia tua nobis noua merita esse, & dum nostris seruitiis satisfacis, compensas tua beneficia, & pro vna gratia aliam das, & pro vno beneficio aliud: Gratiam pro gratia.* Non satis est Domino, ut altero Ioseph triticum nobis dedisset, nisi & pecuniam & precium, quo emptum est, dederit. *Gloriam & gratiam dabis Dominus.* Quicquid est, Dei donum est, & ei totum est adscribendum & reddendum.

Inter omnia bona & commoda, quæ in tertio hoc humilitatis gradu reperirentur, hoc vel vnum merito ponitur, quod sit gratitudo & gratiarum actio pro beneficiis a Deo acceptis. Luce meridiana clarior est, quam in Sacra Scriptura commendetur & æstimetur hæc gratiarum actio, cum aduertamus, dum ipse aliquod in populum suum conferebat beneficium, statim monumetum vel festum aliquod instituebat in gratitudinis signum; tam refert illi gratum esse, ut noua ab illo beneficia & gratias recipiamus. Quod aptissime fit tertio hoc humilitatis gradu, qui (ut dictum est) in eo consistit, ut homo nihil sibi boni adscribat, sed totum Deo, & ipsi omnem gloriam det. Et in hoc sita est vera & sincera gratiarum actio & gratitudo; non in eo ut ore tenus dicas: Ago tibi Domine gratias pro beneficiis tuis, quibus & ore Deus laudandus sit, & ei gratias agendæ: si tamen id solum ore fiat, non illi gratiæ actus sed solum dictæ fuerint. Ut ergo Deo non solum gratiæ dicantur, sed & agantur, & non solum ore sed & corde & opere fiant, necesse te nosse, quicquid boni habes, a Deo esse, & illi reddere & totum attribuere, de omnibus gloriam dâs, & te de nullo extollens? hoc enim modo se honore spoliât, & videt suum non esse, & totum Deo cuius est dat.

Idiplum est, quod nos in Euangelio mor-

monere volebat Christus Seruator noster dum decem illos leprosos curauit, & vnus solus rediit, vt de beneficio accepto gratias ageret. *Non est in uentus, qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.* Et filios Israel Deus monens gratitudinis, & ne acceptorum beneficiorum obliuiscerentur, hoc modo eos hortatur: *Obserua & caue, ne quando obliuiscaris Domini Dei tui, & eleues cor tuum, & non remiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Egypti.* Caue Dei obliuiscaris, dum in terra promissionis in magna temporalium, ædium, hereditatum & pecorum prosperitate & abundantia eris. Caue ne cor uestrum tunc extollatur, & ingrati sitis, & dicatis vos fortitudine & diligentia uestra hæc acquisiuisse. *Fortitudo mea, & robur manus mea hæc mihi omnia præstiterunt.* Hoc est Dei obliuisci, & maxima omnium ingratitudo, si quis Dei dona sibi arrogat. Noli nec tale quid cogitare. *Sed reuerteris Domini Dei tui, quod ipse uires tibi præbuerit, ut impleat pactum suum.* quodq; hæc ob merita tua non fecerit, sed vt cõpleret promissionem suam, quam liberaliter fecit antiquis illis patribus. Hæc est gratitudo gratiarum actio & laudis sacrificium, quo Deus Dominus noster honorari uult pro beneficiis & gratiis nobis collatis. *Sacrificium laudis honorificabit me:* Hocque illud est S. Pauli: *Regi saculorum immortalis & inuisibili, soli Deo honor & gloria.*

Hinc aliud sequitur bonum & magna utilitas, quod quamuis uere humilis multa Dei possideat dona, ob quæ multum à mundo æstimeret & extollatur, ipse tamen propterea maioris se non facit, sed tam in uilitatis suæ cognitione persistit, quasi horum nihil in illo reperiretur. Quod optime norit discernere, quantum inter alienum & suum interfit, & suum cuique tribuere & beneficia & dona à Deo accepta non ut sua sed aliena & mutuo data, inuenietur, semper oculos dirigit in proprie fragilitatis & miseræ cognitionem, & id, quod foret, si Deus manum ei subtraheret, & eam non semper teneret & confer-

uaret. Quoque plura à Deo dona recepit, tanto se plus confundit & humiliet. S. Dorotheus ait: *Vt in arboribus ualde pomis oneratis, fructus ipse deprimit & incuruat ramos, & subinde etiam pondere fragit & rumpit: ramus uero qui nullum fructum habet erectus & in altum sublatus est: & ut spicæ, dum triticum ad maturitatem uergit, tam se inclinant, ut calamus ipse rumpi uideatur: dum uero spicæ erectæ sunt malum est signum, & indicium, quod inanes & vacuæ sint.* Idem in spiritalibus accidit. ubi illi, qui uacui & sine fructu sunt, erecti & eleuati incedunt, se quid esse putantes: illi uero, qui fructu & Dei donis onusti sunt, magis humiliantur & confunduntur.

Ex ipsis Dei donis & beneficiis maiorem serui Dei se magis humiliandi, confundendi & in timore uiuendi occasione captant. Dicit S. Greg. vt ille qui mutuo accepit magnam pecuniæ summam, ita de de acceptis nummis gaudet, vt letitia illa minuatur, si cogitet, se obligatum illos restituere, & curam & sollicitudinem adfert, si tempore præfixo creditori suo satisfacere poterit: Idem & humili contigit, quo enim plura à Deo dona accipit, tanto se plus Deo debere agnoscit, & plus se illi obligatum ad seruiendum, & uidetur se maioribus hisce gratiis maiori seruitio non respondere, nec maiori seruitio maiori gratitudine non satisfacere, & credit & sibi persuadet, quod cuiusq; Deus dedisset, quod in eum contulit, eundem eo melius usurum fuisse, & meliorem & gratiorem illo futurum. Hæcque vna illarum considerationum est, quæ seruos Dei multum humiliat & confundit, sciunt enim à Deo non solum exigendam peccatorum commissorum sed & donorum receptorum rationem, sciuntque cui multum datum, ab eo & multum petendum, & cui plus iniunctum, plus & exigendum. *Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendaauerunt multum, plus petent ab eo:* dicit Christus Seruator noster. Abbas Macarius ait, humilem Dei dona

Doroth. ser. de humili.
Humili quo plura Dei dona habet, eo magis se deiicit: sicut arbor onusta fructibus incuruascit.

Superbus Dei donis uacuis extollitur, sicut arbor uacua fructibus.

Gregor. l. 22. mor. c. 5. & ho. 9. in Euan.

Luc. 12. 48.

Humilis ob talenta non gloriatur. Macarius.

dona aspicere, vt Depositorium & The-
saurarium domini sui bona, qui obila
non vane gloriatur, sed potius timet
& sollicitus est, ob rationem, quam
scit sibi reddendam, si sua culpa amit-
tantur.

Humilis vilipendit neminem.

Ex his aliud bonum & commodum oritur, quod vero humilis neminem spernat & vilipendat, etiam si illum in multa peccata & culpas labi cernat, nec ideo superbit, nec se aliis præfert, sed inde potius maioris humilitatis occasionem caprat, dum videt alium labi aduertit enim se & lapsus ex eadem esse massa, & altero labente se cadere, quantum ex se est.

Aug. in Soli- leg. c. 15.

Vt enim Sanctus Augustinus ait, non est peccatum, quod vnus committit, quod alter committere non posset, si manus Domini misericorditer illum non retineret. Ideoque quidam sanctorum Patrum audiens aliquem cecidisse amare flebat & dicebat: *Ille hodie, & ego cras, quoniam & ego fragilis homo sum.*

Dolere ob lapsum alterius.

Homo sum, & humanum nihil à me alienum puto: & quod lapsus non sim, singulari Dei beneficio adscribo. Vtque laudent Sancti si videamus cæcum, surdum, claudum vel infirmum, hæc omnia mala nostra reputemus beneficia, & Deo gratias agamus, quod nos non fecerit cecos, surdos, claudos vel infirmos, vt alios; sic & de omnium hominum peccatis existimandum est, nam in omnia illa labi potuissimus, nisi Dominus infinita sua misericordia nos liberasset. Hac ratione serui Dei in humilitate se conseruant, nec proximos contemnunt, nec alicui irascuntur, licet in multos errores, & peccata eum labi videant, secundum illud Sancti Gregorii: *Vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia indignationem:* quibus & illud Sancti Pauli memoria tenendum: *Considerans te ipsum, ne contemneris.* Ne forsitan & Dominus illos in eodem, quod damnant, tentari permittat & suis expensis experiantur, quanta sit humana fragilitas, quæ huius culpæ poena esse solet. In tribus dicebat quidam se-

Greg. hom. 34. super Euang. Galat. 6. 1.

Refert Cassian. l. 5. de insti. tenan. 63. de Abate Macheto.

niorum patrum) iudicauit proximos & in tria hæc lapsus sum: *vf sciant gentes, quoniam homines sunt, & discamus neminem iudicare nec spernere.*

CAPVT XXXVIII.

De magnis beneficiis & gratiis, quæ Deus humilibus præstat & quid causa, quod tam eos extollat.

VEnerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Hæc sunt Salomonis verba Dei diuina sapientia, cum qua sibi bona omnia aduenisse dicit. Sed & humilitati apte applicari possunt, & dici quod cum illa bona omnia veniant, quia & idem Sapientens, vbi humilitas est, esse & sapientiam: *Vbi est humilitas, ibi est sapientia.* Et alio loco dicit, habere humilitatem summam esse sapientiam & Propheta Dauid, Deum humilibus dare sapientiam. *Sapientiam præstans paruulis.* Ad hæc S. Scriptura id in propriis terminis tam in veteri quam nouo docet testamento. promittens aliquando humilibus, aliquando paruulis, aliquando pauperibus spiritu (hoc nomine designans vere humiles) magna Dei dona & gratias. *Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperulum & contritum spiritum & tremetem sermones meos.* In hunc dirigit Deus oculos, vt gratias illi largiatur & bonis repleat. Et Sancti Apostoli Petrus & Iacobus in suis Canonicis dicunt: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam:* Idemque sanctissima Angelorum Regina in suo cantico docet. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Idem antea prædixerat Propheta Dauid: *Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis:* Id quod Christus in Euangelio ait: *Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humilitat, exaltabitur.* Vt aquæ, quæ in valles defluunt. *Qui emittit fontes in conuallibus: sic & plu-*

niæ diuinæ gratiæ ad humiles descen-
dunt. Vtque valles, ob abundantiam
aquarum, quas in se colligunt, solent fer-
tiliores esse & fructibus abundantes, &
valles abundabunt frumento: sic & abiecti
& depressi in propriis oculis, cuiusmodi
sunt humiles, proficiunt, & multum fra-
ctum adferunt ob multa dona & gratias,
quæ à Deo acceperunt. Ait Sanctus Au-
gustinus, quod humilitas Deum ad se tra-
hat. *Altus est Deus, humilias te, & descen-
dit ad te, erigite, & fugit à te. Quare quoni-
am excelsus est & humilia respicit & alta à
lôge cognoscit.* Scis causam, ait Augustinus,
Deus teste Regio propheta altus & supre-
mus est Dominus, & humilia respicit, &
illos respicere, est illos bonis implere, &
alia à longe cognoscit, vt enim dum quæ
à longe videmus, non illum cognoscimus
sic nec Deus superbos cognoscit, vt illis
gratiam largiatur. *Amen dico vobis, nescio
vobis.* Dicit Deus impiis & superbis. Dicit S.
Bonaventura, sicut cera mollis valde dif-
posita est ad sigillum recipiendum, quod
imprimere volumus, sic & humilitas ani-
mam disponit ad virtutes & Dei dona re-
cipienda. In cõuiuuiis illis, quæ Ioseph fra-
tribus suis parauit, minimus meliorem
habebat portionem.

Sed videndum, quid causæ sit, quod
Deus humiles tam extollat, & tantis gra-
tiis cumulât. Causa est, quod omnia ad
Deum redeant, nam humilis nulla in
se extollit, nec quicquam sibi adscribit,
sed totum in Deum refert & illi omnem
gloriam & honorem dat. *Quoniam magna
potentia Dei solius, & ab humilibus honora-
tur:* His enim (dicit Deus) fidere licet
bona nostra, & nostra dona dare, nobis
enim non repugnabunt, nec sibi attri-
buent: ideoque cum illis Deus tanquam
repropria agit, quod omnis gloria & ho-
nor illi cedat. Idem & apud nos videre est,
nam magnus aliquis princeps & Rex glori-
atur & magnum dicit, si à terra susci-
pet pauperem, & eum faciat, quod non
erat, nec habebat, in hoc enim magis ap-
paret liberalitas & magnitudo Regis,
& postea dicitur factura illius esse.

Rodriguez exercit. pars 2.

Ideoque ait Sanctus Apostolus Paulus.
*Habemus thesaurum istum in vasis fictili-
bus, vt sublimitas sit virtutis Dei, &
non ex nobis,* qui vasa fictilia su-
mus.

2. Cor. 4. 7.

Hincque est, quod Deus humiles tam
extollat, & tot beneficiis donet, & super-
bos admittat inanes nam superbus mul-
tum sibi ficit, suæque diligentiae & indu-
striæ nititur, & sibi multa adscribit & van-
tatur in his gloriatur, si prospere negoci-
um cedat, quasi suis viribus & diligentia
confectum foret, idque totum Deo substra-
hit, se gloria & honore eo extollens, qui
solius Dei est. Simulatque in oratione sta-
mus & aliquid oritur deuotionis, & vel
vnica fuit lachrymula, videmur nobis
spirituales & deuoti esse.

Et subinde etiam nos aliis præferi-
mus, & videntur alii non tam profecisse
vel non tam spirituales esse, nec eo per-
uenisse. Idque causa est, quod maiorem
à Deo non referamus gratiam, imo sub-
inde & auferat, quod ante dederat, ne
bonum nobis male vertatur, nec salus in
infirmatatem, theriaca in venenum, & ne
accepta dona & beneficia maiori nobis
condemnationi sint, eo quod iis male ver-
tamur. Vt enim agro, qui ex stoma-
cho laborat, non datur cibus, quantum-
uis bonus, vt gallina, vel aliud simile,
nisi parum admodum, quod vires non
habeat ad plus digerendum & si plus de-
tur, damno erit, & in malos humores
mutabitur.

Superbia pri-
uat nos gra-
tia.

Oleum illud Elizei prophetæ non ces-
sabat fluere, nisi vasis deficientibus, in
quæ reciperetur, quibus non præsentibus
dicit Sacra scriptura: *stetitque oleum:* huius-
modi & est oleum diuinæ misericordiæ,
quod limitem ex se non habet, nam ex Dei
parte eius gratiæ & misericordiæ termi-
num non habent. *Non est abbreviata ma-
nus Domini,* nec conditio eius mutata est,
Deus enim non mutatur, nec mutari po-
test, sed semper in eodem statu permanet,
& plus petit ille dare, quam nos accipere.
Defectus ex nostra est parte, quod vasa
vacua non habeamus, ad Dei gratiarum

Oleum non
deficiens est
misericordia
Dei.
4. Reg. 4. 6.

Esai. 56. 1.

u & mi-



& misericordiarum oleum recipiendum, valde pleni nostri ipsorum sumus, & multum mediis nostris confidimus. Humilitas & sui cognitio hominem à se ipso liberat & expedit, facitque ut sibi non fidat, & humana omnia media reiiciat, nihilque sibi attribuat sed totum Deo, & huiusmodi pleno cornu & manu gratias confert. *Humiliare Deo, & expecta manus eius.*

Eccel. 33. 9.

CAPVT XXXIX.

Quantum conferat nos ad humilitatem dare, ut ea suppleamus, quod in virtute & perfectione deest, & cur Deus non nos castiget & humiliet.

*Ber. serm. de
diversis serm.
26.*

*Humilitas
supplet omnes
defectus.
Iob. 9. 3.*

SANCTVS BERNARDUS ait: *Stultus est, qui confidit, nisi in sola humilitate, quia apud Deum, fratres, ius habere non possumus, quoniam in multis offendimus omnes: ideoque ius nullum habemus, nisi ut castigemur.* Si homo cum Deo intrare voluerit in iudicium dicit Iob: *non poterit ei unum respondere pro mille, Quid ergo restat, nisi ad humilitatis remedia tota mente confugere, & quicquid in aliis minus habemus, de ea supplere.* Et eo quod remedium hoc magni ponderis sit sapius à Sancto repetitur his & similibus verbis: *Quicquid vero minus est feruoris, humili-*

*Bern. serm. de
nat. Ion. Bap.
& de interio-
ri domo c. 37.
S. Dorothei, de
humilit.*

tas suppleat pura confessionis. Quicquid deest bonæ conscientiæ, verecundia & quicquid feruoris & perfectionis, confusione supple. Et Sanctus Dorotheus inquit Abbatem Ioannem hoc multum commendasse & dixisse: *Humiliorum nos paulisper, ut salutem animam nostram consequamur, & si propter imbecillitatem laborare non possumus, humiliare saltem nos ipsos studeamus.* Fratres mei, dum post multa commissa peccata, te inhabilem defectu sanitate, ad multa penitentiæ genera peragenda, sentis recta & plana humilitatis via incedere, aliud enim aptum medium non inue-

nies ad salutem tuam. Si tibi videre in orationem te non posse intrare, in tu confusionem intra & si videre tibi talentum ad magna non habere, humilitatem serua, & ea omnium defectu supplebis.

Consideremus hic, quam parum requiratur, & quod paucis Deus contentus sit. Petit nostræ vilitati nos conformemus, utque nos noscamus & humiliemus. Si Deus magna ieiunia, austeras penitentiis, altas contemplationes exigeret, possent se aliqui excusare, dicentes se ad vnam vires non habere, nec ad aliud talentum & habilitatem. Sed num humiliare nos non possumus? hic nulla valet ratio nec excusatio. Non licet tibi dicere, te robur & vires ut te humilies, vel ad id talentum vel habilitatem non habes. *Nihil facilius est volenti, quam humiliare semetipsum: dicit Sanctus Bernardus.* Hoc omnes possumus, & satis merito ad hoc intra nos habemus. *Humiliatus tu in medio tui.* Confugiamus ergo ad humilitatem, & confusione suppleamus quod nobis deest perfectionis, hacque ratione Dei præcordia ad misericordiam & veniam hæctemus. Licet pauper sis, esto humilis, hocque modo Deum mouebis & ei satisfacies de tribus, quæ Deo excelsa sunt, ponit Sapiens pro primo. *Pauperem superbum, qui & homines offendit.*

Præterea humiliemus nos, ne nos humiliet Deus, quod sapius facere solet. *Qui se exaltat, humiliabitur.* Si ergo non vis, te humiliet Deus, humilia te ipsum. Quod sane consideratione dignum punctum, quodque iustum examen meretur. Sanctus Gregorius ait: *Plerumque omnipotens Dominus rectorum mentes quous maior ex parte perficit, imperfectas tamen in aliquibus esse permittit, ut videlicet in minoribus virtutibus rutilent, imperfecti in medio tabescant, & de magnis se non extollant, dum adhuc contra minima innitentes laberentur.* Denique cum extrema vintere non valeant, de precipuis actibus superbire non audeant. Noli, quantum Deus humili-

litatem amet, quantoque odio prosequatur superbiam & præsumptionem? tam odit, ut permittat, ut in peccata venialia & paruos defectus labamur, ut hic nos doceat, quandoquidem nobis à paruis peccatis & tentationibus cauere non possumus, & quotidie nos labi cernamus in parua & facilia superatu, nobis certo persuadeamus, vires nobis non suppetere ad maiora superanda, & ideo in magnis non superbiamus, nec quid nobis adscribamus, sed semper simus in timore & humilitate, à Deo gratiam & auxilium postulantes. Idem Sanctus Bernardus docet, estque communis sanctorum doctrina Sanctus Augustinus in illa Sancti Ioannis verba: *Et sine ipso factum est nihil*, & S. Hieronymus in illa Ioel: *Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo & eruca*, Deum, ut hominem humiliaret, & eius superbiam contunderet, viles, & paruos vermes & hæc animalcula creasse, quæ nobis tam molesta sunt. Et poterat Deus, ut superbium Pharaonis populum subiugaret, immittere vrsos, leones & serpentes; sed eorum superbiam vilissimis animalculis, ut muscis, calicibus & ranis, ut eos humiliaret, domare voluit. Ut ergo humiliemur & confundamur, permittit Deus, ut nos impugnent prauæ tentationes, & muscæ, & reculæ, quæ nihil omnino ponderis habere videntur. Si attente consideremus & subsistamus in eo, quod nos turbat & inquietos reddit; re ipsa reperiemus illa huiusmodi esse, ut bene excussa nihil momenti & substantiæ habeant: nescio quod verbum mihi dictum sit, & quam obrem sic mihi sit dictum; vel cur videantur nihilime fecisse. Ex musca per aera volante, solet aliquando quis turrem venti extruere, & vnum alteri addendo, sese inquietum reddere. Quid futurum censes, si Deus tigrim leonemue emitteret, dum tam te turbat musca, quid fieret, si grauis aliqua ingrueret tentatio? Tali modo ex his eruenda maioris humilitatis & confusionis materia. Sique hanc eruis, ait Diuus Bernardus: *Pia dispensatione nobiscum*

agitur, ut non penitus auferantur, multum enim ad conseruandam humilitatem conferunt.

Sed si minuta hæc non sufficiunt, sciendum Deum vterius progressurum quod carissime emes, quod solitus est facere. Tanto odio superbiam & præsumptionem prosequitur, & tam humilitatem diligit, ut sancti dicant Deum *iusto & secreto suo iudicio*, permittere, ut quis in mortale peccatum labatur, ut se humiliet, & quamuis in non quodcunque, sed in carnalia peccata, quæ sunt omnium turpissima & in honestissima, quo sic se plus humiliet Deus (aiunt) manifesta luxuria occultam punit superbiã: ad quod probandum allegant id quod Sanctus Paulus de superbis ait philosophis, quod Deus propter superbiam tradidit in cordis sui desideria: *In immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis, in passiones ignominia*. Lapsi sunt in inhonesta, turpissima & nefanda crimina, permittente Deo, ut sic humilientur & confundantur, videntes se bestias, ut Nabuchodonosor, factos animo, conuersatione & commercio cum bestiis. *Quis non timebit te o Rex gentium? Quis non tantam pœnam horrebit: nulla enim, inferno excepto, maior. Imo & inferni peius est peccatum. Quis nouit potestatem ira tua, & pra timore tuo iram tuam dinumerare?*

Aduertunt sancti duplici Deum ad nos misericordiæ genere vti, magno videlicet & paruo. Misericordia parua est, dum in parua miseria succurrit, cuiusmodi est temporalis, quæ solum corporis est: magna vero misericordia dicitur, dum magna in miseria, quæ in spiritualibus accidit, auxilio nobis est. Ideoq; Dauid, dum hac in miseria se videret à Deo desertum ob adulterium & homicidium commissum, magna voce exclamat & magnam à Deo misericordiam efflagitat, dū ait: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*. Dicunt quoque in Deo magnam ut paruam iram esse; paruam eam vocant, dum hic temporali punit aduersitate, bonorum & sanitatis amissio-

Greg. l. 26. mor. cap. 13. Isido. de summo bono l. 2. c. 39. ad Rom. l. 14.

Jerem. 10. 7.

Psal. 89. 11.

Psal. 50. 3. Ira Dei duplex.



ne, & similibus quæ solum corporis sunt: iram vero magnam, dum pœna, etiam vsque ad animæ interiora penetrat, secundum illud Ieremiæ: *Ecce peruenit gladius vsque ad animam*, & illud, quod Deus per prophetam Zachariam dicit: *Ira magna ego irascor super gentes opulentas*: Dum aliquem deserit Deus & permittit labi in lethalia peccata in aliorum peccatorum pœnam; hæc magna Dei ira est, hæc furoris diuini, non patris, sed iusti & seueri Iudicis vulnera. De quibus illud Ieremiæ intelligi potest: *Plaga inimici percussit te, castigatione crudeli*. Ideoque ait Sapiens: *Fovea profunda os aliena, cui iratus est Dominus, incidet in eam*.

Superbia deformitas.

Denique tantum malum est superbia tamque Deo exosum, vt sancti dicant, subinde superbo bonum & vtile esse, vt Deus hac cum pœna afficiat, vt tali modo à superbia, quam habet, sanetur. Ideoque ait Sanctus Augustinus: *Audeo dicere superbis esse vtile cadere in aliquid, quod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui tam sibi placendo ceciderunt*, quamuis non senserant secundum illud Sapientis: *Contritionem precedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus*. Idem asserunt Gregorius & Basilus. Querit Sanctus Gregorius occasione peccati David, cur Deus, quos elegit & ad vitam æternam prædestinauit, & suis variis donis cumulauit, aliquando in peccata & aliquando carnalia & turpia labi permittat? Respondet causam esse, quod qui præclara sunt dona adepti, in superbiam cadant, quæ aliquando ita visceribus implexa est, vt ipsi etiam non aduertant, quodque ipsi sibi grati & fidentes, tales & se Deo esse existiment. Vt Sancto Apostolo Petro contigit, qui verba illa, quæ proferebat, superbiam non olere putabat. Quamuis omnes scandalizentur, ego non scandalizabor, sed potius magnam animi fortitudinem & magnum in Magistrum suum amorē. Ad huiusmodi ergo tam secretas & simulata, superbias in quas quis lapsus est & non cognoscit, sanandas; per-

mittit Deus, vt talis in exteriora & manifesta peccata turpia & inhonesta labatur, hæc enim cognitio faciliora, & manifestiora, hincq; intelligit aliud illud occultum superbiæ malum, quod ante non aduertebat, & curare non satagebat, & se perdidisset, & manifeste illo lapsu agnoscit, & coram Deo humiliatus pro vno & altero pœnitentia satisfacit, & vtrique malo medetur. Vt videre est in Sancto Petro, qui per exteriorē & manifestum lapsum venit in occultam superbiæ, quam habuerat, cognitionem, & defleuit & deleuit vtrumque peccatum; sicque illi lapsu utilis fuit. Idem & David vsu venit, ideoque dicit Psalmo 118. versiculo 71. *Bonum mihi quia humiliasti me, vt discam in iustifications tuas*. Carissime mihi Domine stetit, & fateor, sed bonum mihi fuit, quod me humiliaueris, vt discam qua ratione mihi posthac seruiendum sit tibi, nec mihi fidere, Vt dum expertus medicus non potest toti dolori mederi, quod humores maligni & rebelles sint, quos digerere & superare non potest, studet illos exterius euocare, & per exteriores partes propulsare, vt tanto dolorem facilius sanet. Sic & Deus vt curet arrogantem rebelles animas, in graues & exteriores culpas easdem labi permittit, vt se sic agnoscant & humilient, & exteriora deiectione curetur malignis & pestilens ille humor interior. Verbum hoc est, quod facit Deus in Israel vt omni, qui hoc audierit, tinniant timore aures eius. Hæc magnæ sunt Dei punitiones, quæ suo auditu tremere carnes faciunt.

Cum tamen Deus tam benignus & misericors sit, hac tam rigida pœna nec hoc tam infelici & lamentabili medio in hominem non vitur, nisi ante suauioribus & facilioribus mediis vsus sit. Mitur ante alias occasiones, & dulciores medicinas & remedia experitur, vt nos humiliet, aliquando infirmitatē, aliquando contradictionē, & detractionē, aliquando ignominiam, & vt quis honore & dignitate sua exuatur. Dūq; hæc tēporalia nobis humiliadis.

Qui ignorant superbiunt vt corrigantur in graua sape labuntur scelerata.
Mat. 26. 33.

dis non sufficiunt, ad spiritualia recurrit, incipiendo à paruis, & post graues & vehementes tentationes permittendo, talesque, vt nos eo perducatur, vt dubitemus an consentiamus nec ne: vt quis sic aduertat & experiatur, quod ex se nec suis viribus illas vincere non posset, sicque vsupso intelligat & experiatur suam fragilitatem, quamque opus illi sit diuino auxilio, & viribus propriis diffidat, & se humiliet dumque omnibus his remediis non proficitur, accedit aliud illud tam rigidum & carum, vt permittatur homo in letale crimen labi, & à tentatione superari. Tunc superuenit titio ille inferni ignis quo sic tandem iam oculis fractis intelligat homo, quis sit, & se humiliet, quod ante clementia facere noluit.

Ex prædictis facile cuius intelligere erit, quanti interfit nostra humiles esse, nec nobis fidere, nec præsumere. Vt sic quisque se excutiat, & videat, qua ratione occasione vt se humiliet, à Deo immittis vtatur, qui vt pater & medicus, clemens ea prius vsurpat, ne postea medicus illis rigidis & tam caris opus sit. Castiga me Domine castigatione paterna, sana superbiam laboribus, infirmitatibus, ignominis & iniuriis, & cuiuscunq; generis volueris, humiliationibus, nec permitte me in mortale peccatum labi. Da diabolo veniam, vt me tangat in honore, sanitate & bonis, & me alterum faciat Iob: *Veruntamen animam meam serua.* Sic tamen ne te Domine à me separares, nec permittas me à te separari, hoc enim modo nulla tribulatio, quæ mihi aduenerit, me damnabit; sed potius mihi proderit ad humilitatem parandam, quantopere delectaris.

CAPVT XL.

Supra dicta aliquot exemplis confirmantur.

NARRANT Seuerus Sulpitius & Sulpitius in vita S. Seuerini Abbatis, de

sancto quodam viro virtutibus & miraculis claro, quod ægros sanauerit, dæmonia ex corporibus eiecisset, & alia miranda fecerit. Quam ob causam ex omnibus orbis partibus, ad eum visendum accurrebant magnates & Episcopi, qui magnū bonū ducebant, si vestitum eius tangere, & ab eo accipere benedictionem liceret. Sentiebat sanctus ob hæc animum eius vanitatem aliquam incipere intrare. Et partim aduertens quod populi concursus impedire nequiret, partim quod se importunitate vanarum harum cogitationum expedire non posset, multum dolebat & affligebatur. Quodam die orationi se dans multa cum instantia à Deo petebat, vt remedium aliquod huic tentationi adferret: & vt in humilitate persistere posset, permitteret diabolo, vt corpus eius intraret ad aliquod tempus, & vt alios ab eo possessos vexaret. Exaudit Deus eius orationem, & ingreditur illum diabolus, & horrore & admiratione dignum erat, eum, cui paulo ante possessi à dæmonibus adducebantur, vt eos curaret, videre nunc cathenis victum & possessum & furentem, & duci ad alios, vt exorcizaretur, & de eo fieret, quod solet similibus contingere. Sicque habitus fuit quinque menses, quibus finitis sanatus & liberatus fuit, non solum à diabolo, qui corpus eius intrauerat, sed & à superbia & vanitate, quæ animam eius subierat.

Simile refert Surius exemplum, dicitque S. Abbatem Seuerinum in suo monasterio habuisse tres monachos arrogantes, & superbia vanitateque infectos: cuius eos quidem monuerat, sed ipsi in malo perseuerabant. Sanctus, cui nihil tam cordi erat, quam vt se corrigerent & essent humiles, cum lachrymis Deum precabatur, illos corripere, & manu sua castigaret, vt vel sic se emendarent & humiliarent. Et antequam ab oratione desisteret; permisit Deus, vt tres diaboli illos intrarent & vexarent, & illi clamoribus, sitam proderent superbiam & cordis tumorem. Pœna sane culpæ propor-

Surius 8. die Ianuarii.

Sanctus à dæmone obsideri obtinuit vt humiliaretur.

Surius, vs supra.

Superbi à dæmone obsidentur & emendantur.

tionata, ut spiritus superbiæ intrarent superba & vanitate plena corpora. Et quando quidem nouerat Deus, nihil tam ipsis humiliaturum, fuerunt hoc in statu quadraginta dies, quibus finitis rogabat Deum sanctus Abbas, eos à dæmone liberaret; quod & impetrauit, & fuerant sanati corpore & anima, & hac punitione à Deo humiliati.

*Cæsarius l. 4.
Dialogorum
c. 5.*

Refert Cæsarius ad quoddam Cisterciensis ordinis monasterium quendam à dæmone obsessum adductum fuisse, ut liberaretur. Exiit Prior, & adducit secum iuuenem quendam Religionem bene audiebat, & quem Prior virginem & castum sciebat. Dixitq; Prior diabolo: Si monachus hic iubeat te exire; audebisne manere? Respondet Dæmon: Non illum metuo, superbus enim est.

*Dæmon non
obedit super-
bis,
Climac. c. 25.*

Narrat S. Ioannes Climachus, quod peruersi spiritus quodam tempore ceperint in corde cuiusdam fortissimi Christi athletæ, quia hac in humilitatis virtute decertabat, spargere quasdam laudes. Ipse vero diuina inspiratione motus breuissimum medium, ad malignorum spirituum peruersitatem superandam inuenit & scripsit in cellæ suæ pariete aliquarum maximarum virtutum nomina, videlicet, perfectæ charitatis, profundissimæ humilitatis, Angelicæ castitatis,

*Tentationes
dæmonis qui-
dam superat
humilitate.*

purissimæ & altissimæ orationis, & aliarum similitum. Et incipientibus malis hisce tentationibus mentem eius subire, respondebat diabolus: *Et in incipientibus malis hisce tentationibus mentem eius subire, respondebat diabolus.* Eamus ad examen & lecto nomine profundissimæ humilitatis, respondebat ille: Hanc non habeo, nam profunda contentus essem, nescio an primum gradum consecutus sim. Lectoque charitatis perfectæ nomine, dicebat charitatem quidem habeo; sed perfectam ignoro, nam non valde perfecta est, cum fratribus meis aliquando voce alta & morosa loquor. Angelicæ castitatis lecto titulo: minime (dicebat) nam malas multas cogitationes & peruersos motus in me sentio. Orationis altissimæ: non sic est, nam dormio & multum in illa distrahor. Sibi que post dicebat, postquam omnes has affecutus es virtutes, adhuc tibi dicendum est, te seruum inutilem esse, te que talem reputate secundum quod dicit Christus seruator noster:

Cum feceritis omnia que præcepta sunt vobis, dicite: Serui inuitiles sumus. Quid ergo iam es, cum tam procul ab illis distas.